



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Kirat

~~1505/289~~

1505/289

Kircherus
K

ATHANASII KIRCHERI
E SOC. IESV
POLYGRAPHIA
NOVA ET UNIVERSALIS
EX COMBINATORIA ARTE DETECTA.

M D C L X I I I . Quādrigam


**Quius etiam Linguarum quancumuis imperitus
triplici methodo**

Prima, Vera & reali, sine vīla latētiſ Arcaniſ ſuſpicione, manifeſte ;
Secunda, per Technologiam quandam artificioſe diſpoſitam ;
Tertia, per Steganographiam impenetrabili ſcribenđi genere adornatam, vnius ver-
naculæ linguae ſubſidio, omnibus populis & linguis clam, apertè ; obſcurè,
& dilucide ſcribere & respondere poſſe doceatur, & deſtructuratur.

IN III. SYNTAGMATA DISTRIBUTA

In Principum gratiam ac recreationem inten̄ta & in lūcēm edita.

Felicibus Aufſpicijſ LEOPOLDI I. Rom. Imperat.
ſemper Auguſti.



ROMÆ, Ex Typographia Varelij. MDCLXIII.
SUPERIORVM PERMISSV.

LIBERIA UNIVERSITATIS



A V V V S Y N O P S I S O F
SYNTAGMATVM.
SYNTAGMA PRIMVM.

Continet iugurta nostrum, quo quisque vel unica lingua vernacula, qualis cumque tandem illa sit, per litteras, cum omnibus totius orbis populis & Nationibus, reciproco litterarum commercio, correspondere posse demonstratur, & inscribitur: LINGVARVM OMNIUM AP. UNAM TRADUCTIO.

S Y N T A G M A S E C U N D U M.

Continet medium à Trithemio iam olim in sua polygraphia indigitatum, à nemine tamen plenè intellectum; quo quiuis, etiam linguarum imperitus, sub qualibet lingua, occultos animi sui conceptus amico distanti manifestare quippe; & inscribitur, VIGVS LINGVA AD OMNES ALIAS TRADUCTIO.

S Y N T A G M A T E R T I U M.

Nouum continet Arcanum Steganographicum & vniuersale, siue humano ingenio impenetrabilem scribendi modum, qui à Trithemio pariter in sua Polygraphia indigitatur, sed uti in hunc diem à nemine captus, ita quoque passim à plærisque pro paradoxo habitus fuit, iam tandem à falsa persuasione vindicatus, atque omnibus numeris absolutus in lucem educitur.

LEOPOLDVS GVILIELMVS

DEI GRATIA ARCHIDVX AVSTRIAEPISCOPVS ARGENTINENSIS, HALBERSTADIENSIS, PASSAVIENSIS,
OLOMVCENSIS, ET VRATISLAVIENSIS,&c.



EVOTE sincere Dilecte, Tametsi
iam antea per Tuæ Societatis Pa-
tres, complacentiam nostram singu-
larem , quam ex transmissa tua in-
uentione reciproci cum omnibus
populis & Nationibus , instituendi
Litterarum commercij cepimus ,
priuatim significari fecimus; prætermittere tamen no-
luimus, quin publicis etiam his nostris litteris eam
tibi testatam redderemus. Cuius enim applausum
iste vastissimo ingenio tuo dignus & genuinus partus
non mereatur? Quo Orbis Terrarum populos, tot
linguarum varietate à se inuicem dissidentes, rcddis
quasi vnilingues, & tam diuersarum, atque ignota-
rum vocum dissonantiam , ingeniosissimo commu-
nium omnibus notarum inuento, concordas , natu-
ralemque humanæ linguae imbecillitatem, arte mu-
tisque litteris supplere doces . Gratulamur tibi de
egregia isthac ingenij tui felicitate , teque horta-
mur , vt id ipsum vterius excolendo , lucubratio-
nes tuas posteritatis memoriæ consecrare , & per
hoc benevolentiam Principum promererri nullate-
rus desinas , è quorum numero , Nos in primis
te omnigeno Archiducalis nostræ gratiæ affectu
complectimur . Dabantur Viennæ 3. Aprilis 1660.

LEOPOLDVS

Ioannes Kaltschmidt

VII

Ioannes Georgius Koch

A 2

IOAN-

IOANNES. PAVLVS OLIVA SOC. IESV
Vicarius Generalis.

CVM Opus, cui titulus Polygraphia noua, & vniuersalis ex combinatoria arte detecta, à P. Athanasio Kircherò, nostræ Societatis Sacerdote, elucubratum, aliquot eiusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem editi poste probauerint, potestatem facimus, ut typis mandetur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur: cuius rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, sigilloque nostro manitas dedimus. Romæ 2. Decembri 1662.

Ioannes Paulus Oliva.

Imprimatur, si videbitur. Reuerendiss. P.M.S.P.

C. Epif. Parrati. Vicep.

Fr. Scaphinus Bartolinius Socius, Reuerendissimi P. Magistri Fr. Raimundi Capisucchi Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Pradic.

Imprimatur.

Scaphinus Oliva
Socius.

SYN-

S Y N T A G M A I.

Linguarum omnium ad vnam Reductio.

P R A E F A T I O A D L E C T O R E M.



V O D in varijs operum meorum argumentis à
multo iam tempore pollicitus sum, polyglossum
linguarum arcanum, ne vanæ cùiuspiam iactantiæ
notam, dicamque apud Posteros cum non exiguò
existimationis meæ damno incurram; ad de-
precationem multorum, fide data exequi, publi-
cæque luci committere coactus sum, memor istius
Arabum epiphonematis sanè scitissimi, *Si secerum
abi sit, tege illud, vel rencla.* Non incongrue sane: si enim silentio suppres-
sum solis verborum ampullis id debuccinaueris, iam non tam puden-
dam iactantiæ & ostentationis labem, quam laudis meritum tibi conci-
liabis. Si verò id reuelaueris, iam audies mox illud tibi occidere: *Et nos
huc poseramus.* Atque adeò quod primo admiratione quadam Scolorum
rapiebat animos, iam publici iuris factum, protinus diminuta æstimatione,
vilescat; cum humanæ conditioni ita comparatum sit, ut nil eorum, quæ
tantoperè deprædicantur arcanorum, nisi ea sensu p̄robet, credere velle
videatur. Quantis sese tricis inquoluerit Trithemius Abbas, dum arcana
sua Steganographica, insolubilibus perplexa nodis, orbis inexplicata, & te-
cta esse voluit, legat qui volet eiusdem Praefationem ad Maximilianum
Cæsarem, Polygraphiæ libro præfixam, & comperiet illam infamiam in-
artium, quam Carolus Bouillus nescio, quo pathematis oestro in tran-
fuerunt actus, Religiosissimo viro impegerat, notam, in posteriorum
animis tam altas egile radices, ut ea nullis animorum, qui eius causam
defendendam suscepserant, apologeticis scriptis extirpari potuerint. Tan-
ta molis erat plebæam inuertere dicam. Ne itaque eoderh vanitatis,
visco inquolueret, non tam ad propriam boni nominis famam defenden-
dam, quam complurium amicorum precibus compulsus sollicitatusque
ea in lucem publicam eommittenda duxi. Habet hic, Lector, consili
mei rationem: in quo si quid laude dignum occurrit, id diuinæ gra-
tiaz, sine qua omnis humana indaginis conatus vanus & frustraneus est;
cum primis adscribas velim. Esit forsitan non nemo, qui vestigis meis in-
sistens, huius præsentis argumenti campum, in maximam mirabilium re-
rum segetem excolat. Vale Lector, cœptisque faue.

حفظك
لسرى
أوجب به
خط من
غيرك لـ

CAPVT

170

C A P V T . P R I M V M.

De occasione huius argumenti.

ERDINANDVS III. CÆSAR SAPIENTISSIMVS, cum in quodam domestico de re litteraria instituto colloquio, quo subinde à mundi mole, quia premebatur, liberior, vnicè delectabatur, dubium natum esset; Vtrum lingua quedam vniuersalis dari possit, quâ cum omnibus orbis populis reciprocus corresponsus haberi possit: cum verò nemo esset, qui certam huius linguæ rationem præscriberet; placuit Sacrae Cæsareæ Maiestati suæ propositi dubij solutionem, meæ tenuitati expediendam committere. Ego Cæsareo percussus Imperio, cum meæ imbecillitatis probè mihi conscientius, tum rei propoposita difficultate perterritus, parum absfuit, quin omnem de euoluendo nodo spem abiicerem. Resumpto tamen animo, magno mentis æstu agitatus, mecum expendere coepi, quonam modo hoc inuentum, si non in praxim deducere, faltem probabile reddere possem. Vnde excussis omnibus Artis Combinatoriaæ promis condis, cum nihil ad gustum meum occurreret earum quas collegeram rationum, tandem, Deo adiuuante, modus quidem occurrebat, quo plenam Cæsari me satisfactionem dare posse sperabam: quem & præteritis annis Cæsare iam fatis functo, LEOPOLDO I. Filio paternæ gloriæ successori, in cistula quadam per tabellas combinatorias digestum exhibui. Cum verò & in eodem nonnulla, quæ difficultate non carent, occurrerent, vti primæ rerum inventiones semper ruditatem quandam & acosmian adiunctam habent, denuo ad incudem ductum argumentum, tandem ad eam perfectionem deduxi, vt in eo nil amplius desiderari posse videatur. Quod & quam fusissime, in hoc primo Syntagmate patefaciam.

C A P V T . S E C V N D V M.

Quid sit, aut in quo consistat hoc nonum linguarum artificium?

ARTIFICIVM quod in hoc opere exponimus, nihil aliud est, quam linguarum omnium ad vnam reduc[t]io. Et in hoc potissimum consistit, quod per illud quiuis, etiam si nulla alia, nisi vernacula sua lingua instructus, cum omnibus tamen totius orbis populis & nationibus, linguis, & idiomatis differentibus, reciprocō commercio litteris correspondere queat. Ita ut si quis, huius artificij methodo, litteras scripserit, verbi gratia, latinas, illæ non solum à totius Europæ, sed & ab Asia, Africæ, quin & Americæ populis, intelligi queant: & quod de latinis litteris, idem de Italicè, Gallicè, Hisp[anic]è, & Germanicè scriptis intelligas velim. Sufficit enim vernacula cuiuscumque tandem Nationis lingua, ad id quam commodissimè præstandum. Rursus si quispiam in Asia constitutus, in Turcica, Arabica, aut Persica lingua, huius artificij ope litteras ad quempiam in Europa constitutum scripserit, eadem hunc facilitate litteras, quarum linguas non nouerit, non secus ac si vernacula sua lingua fuissent scriptæ, intellecturum scias. **Quod quam pulchrum, & fructuosum sit, quis non videt?**

CAPV

C A P U T E R T I U M

Quamodo hoc artificium ad omnes series mundi lingues traducere possit?

 *Q*ui ratione & compunctione mole componeas differentias artificium non nisi ad quinque praecipuas Europæ linguas applicamus ne si ad omnes orbis lingues extendere id vellemus, nos vitam prius quam exitum huius operis compleremus. Quia tamen nemo non facile videt, eodem prorsus modo, reliquas lingues applicari posse, quemadmodum nos eas Latinæ, Gallicæ, Italicæ, Hispânicæ, & Germanicæ applicimus. Si verò Bibliopolæ cuiuslibet opulento artificium ad omnes lingues orbis, aut saltēm præcipuas & magis usitatas transferendi apud nos sufficeret, illi nil aliud faciendum esset, quam ex ipsis quinque, verbi gratia latipum dictionarium i. in quamcunque linguam voluerit, transferri curaret, ut sequitur in Catalogo.

Hebraicam	Linguas doctrinales	In Africæ dictio-	Abyssiniam si-
Græcam	omnibus communes.	narium	ue Ethiop.
Latinam		I. sufficit	Nubiānam
Italicae	Italicam	transf-	Ægyptiacam
Gallicam	Gallicam	ferre	Congensem
Hispânicam	Hispânicam	hunc in	Angolanam
Germanicam	Germanicam	linguam	Monomota-
artificij	Bohemicam		pensem.
transfer-	Polonicam		
rasuris	Lituanicam		
linguas	Hungaricam		
	Belgiacam		
	Anglicam		
	Hybernicam		

In Asia		In America	Mexicanam
dictiona-		dictio-	Peruanam
rium i.	Chaldaicam	narium I. trans-	Braſilensem
sufficiat	Arabicam	ferre sufficiet in lin-	Canadensem
transfut-	Armenicam	guas magis univer-	& cœteras i-
lisse in	Persicam	sales. uti in lin-	starum Natio-
præci-	Turcicam	guam	nū præcipuas.
prias A-	Tartaricam		
ſig. hq.	Sinicam.		
guas ue			
in			

Hicce iuxta seriem Dictionarij I. translatis, nihil super est, nisi ut ex translato dictionario singula rursus ordine alphabeticō disponas, eo fine, ut compositurus litteras, nomina quibus litteræ scribuntur facilius inuenire possit. Mirum autem in modum negotium facilè reddet, si dictionarium latinum, aut quodlibet aliud ex quinque multiplicata exemplaria data opera in hunc finem impressa, diuersis linguarum istiusmodi peritis transferenda committeres. Hoc pacto Hebræus facilè dictionarium latinum in hebræam, Græcus in græcam, Arabs in arabicam, Persicæ linguae peritus in persicam, Æthiops in Æthiopicam, Polonus in Polonicam, Anglus in Anglicam, & sic de cœteris, intra breue tempus distributis officijs, conuertere possent. Ex quo

quo vnuſquisque poſtea tranſlatum dictionarium, iuxta alphabeticam nomi-
num & verborum ſeriem diſponere poterit. Atque hoc pacto non reſtat al-
terum, niſi ut ſingula vocabula congruis numerorum ſymbolis, eo modo,
quo hic in quinque linguis pŕeſtitum vides, inſignias, & habebis opus pŕe-
io paratum, quo quis eum omnibus dictis linguarum populis respondere poſſis;
poſtō omnes iſdem libris iſteractos eſſe.

C A P V T Q V A R T V M.

Dispositio huius artificij per tabulas exponitur.



VPLEX in hoc libro Dictionarium exhibemus, prius signatum littera A, ſervitque litteris, quae ad alium quempiam tranſmitti debet ritę componendis, cuius uſum poſtea expone-
mus. Alterum Dictionarium signatum littera B, ſervit ope-
stolis, ab amico quodam correfondente tranſmissis, ritę &
ex arte legendis. In primo dictionario, in singulis columnis,
vocabula iuxta quinque linguarum ſeriem ordine alphabeticō ſunt poſta.
Ita ut ſi quis latinas litteras ſcribere velit, prima ſemper columnā in qua-
cumque libri folijque pagina, tibi datura ſit vocabula ordine alphabeticō
diſpoſita: quod idem de reliquis linguis intelligas velim; ſingula quoque
ſingularum columnarum vocabula adſcriptos ſibi numeros haſtent, quas quid
ſignificant, poſtea in uſu deſcriptione patebit. In Dictionario ſecundo B. ſi-
gnato, haſtent ſingula paginarum facies aliam numerorū ſeriēm maiuſculis,
ſive latinis numeris signatam, hoc pacto I. II. III. &c. deinde ſingula quin-
que columnarum vocabula, zyphrarum numeros ordine naturali diſpoſitos ha-
bent adiunctos, qui quid indiſcent, paulo post indicabitur; quorum vnuſ-
quisque numerus, omnibus quinque linguis coiuunis eſt, in quacumque pagi-
na reperiatur. Verum iam utriusque Dictionarij uſum, ea qua par eſt perſpi-
cuitate exponamus.

C A P V T Q V I N T V M.

De modo, ratione, & induſtria litteras componendi.



VICVMQVB hoc artificio uti cupit. Primum ſcripturus litteras, eas coſponet ope Dictionarij primi, signati littera A; litteras vero tranſmissas lectorus utetur Dictionario ſecundo, signato littera B. Litterati & studiosi latina lingua uti poſſent, tan-
quam toti Europaꝝ coiuuni; Idiotæ vero lingua, quam ex his
quinque norunt, vernacula, id eſt Gallus Gallica, Italus Itali-
ca, Hispanus Hispánica, Germanus Germanica, ſi pŕeter hanc nullauia aliam
norint, pro compositione litterarum utentur. Exemplum demus in lingua
latina, quod quicumque ſecutus fuerit, in reliquis linguis pariter componen-
di, diſcultatem haſtere non poſterit. cum modus idem, eadem ratio, ope-
randi praxis in omnibus ſit eadem.

PARA-

PARADIGMA PRIMVM.

De modo componendi litteras.



OTA primò quicumque ad alium quempiam huius artificij operā scribere desiderat, is ante omnia tenorem epistolæ verbis quantum fieri potest paucis, simplicissimis, & maxime obuijs, omni verborum superfluitate vitata, concipiat. Non enim in hoc artificio attenditur elegantia, neque conceptus acumen aliquod præferant, quæ purè accidentia sunt, sed ipsa sola & nuda conceptus substantia paucissimis verbis comprehensa ponenda est. Cum enim hic vel vna lingua, qualiscumque tandem illa sit, omnes alias in se comprehendat, elegantia verò cum non in omnibus linguis eodem modo se habeant, ab ijs omnino tibi abstinendum esse putas velim. Sed ex exemplo siue paradigmate procedendi modum facile perspicies.

Sit itaque hic epistolæ formandæ conceptus.

Petrus noster amicus venit ad nos, qui portavit tuas litteras; ex quibus intellexi tuum animum, & faciam iuxta tuam voluntatem.

Hic est tenor litterarum paucissimis & simplicissimis verbis comprehensus. Et epistolam quidem non eo modo quo passim litteræ scribuntur, sed verba singula ad perpendicularum, seu columnaliter disponere debes, ut sequitur:

Exemplum quomodo epistolæ verba disponenda sint?

Posita itaque verborum formula concepta quo vides modo, scriptionem sic adorieris.

1 <i>Petrus</i>	xxvii. 36.	N	1. Quære in dictionario I. signato littera A. vocem primam epistolæ <i>Petrus</i> & quoniam hoc nomen, <i>Petrus</i> , his numeris signatum reperies xxvi. 36., hosce numeros appones e regione nominis, <i>Petrus</i> , in epistola perpendiculariter disposita, ut vides.
2 <i>noster</i>	xxx. 21.	N	2. Quære in dictionario I. in prima columna vocem <i>noster</i> & numeros ei appositos. xxx. 21. appone in epistola voci, <i>noster</i> , ut vides.
3 <i>amicus</i>	ii. 5.	N	3. Quære in dictionario I. <i>Amicus</i> & inuenies illud signatum numeris ii. 5. quos appone ad <i>Amicus</i> .
4 <i>venit</i>	xxiii. 8.	N	4. Quære iterum in dictionario I. verbum <i>venit</i> , siue <i>venire</i> , semper enim verba in infinitivo quæri debent, & inuenies signatum numeris xxiii. 8. quos appone verbo <i>venit</i> .
5 <i>ad</i>	xxviii. 10.		5. Quære in eodem, adverbium <i>Ad</i> , & appositos numeros appone ad <i>Ad</i> , scilicet xxviii. 10.
6 <i>nos</i>	xxx. 20.		6. Quære pronomen <i>nos</i> , & numeros ei adscriptos appone ad <i>nos</i> . scilicet xxx. 20.
7 <i>qui</i>	xxx. 22.		7. Quære <i>Qui</i> & appositos numeros appone <i>Qui</i> . scilicet xxx. 22.

B

Quæ-

8 portauit	xvii. 29. A	8. Quare verbua <i>Portave</i> , & numeros xvii. 29. ei appone.
9 tuas	xxx. 28. A	9. Quare <i>Tuus</i> eique numeros xxx. 28. appone.
10 litteras	xiii. 16. A	10. Quare <i>Littere</i> , & numeros inuenitos ei appone. xiii. 16.
11 ex	xxix. 12. A	11. Quare particulam <i>Ex</i> eique adscribe nu- meros xxix. 12.
12 quibus	xxx. 22. A	12. Quare pronomen <i>Que</i> eique appone numeros xxx. 22.
13 intellexi	xii. 3. A	13. Quare <i>intelligere</i> & numeros inuenitos xli. 3. appone.
14 suum	xxx. 28. A	14. Quare <i>suis</i> eique numeros adscriptos xxx. 28. appone.
15 animum	xi. 13. A	15. Quare <i>animus</i> numerosque xi. 13. ei scriptos adiunge.
16 argue	xxix. 15. A	16. Quare <i>o</i> , <i>argue</i> , numerosque xxix. 5. adscribe.
17 faciam	viii. 25. I	17. Quare <i>facere</i> & numeros viii. 25. ei appone.
18 iuxta	xxix. 20. A	18. Quare <i>iuxta</i> numerosque xxix. 20. adiunge.
19 tnam	xxx. 28. A	19. Quare <i>tus</i> & numeros xxx. 28. ap- pone.
20 voluntatem	xxiii. 40. A	20. Quare <i>voluntas</i> eique adscriptos num- eros adiunge.

Nota in hac constructione nominum & verborum, nullam adhuc constructionem esse, sed nudam tantum verborum nominumque positionem; vt itaque perfectam constructionem obtineas iuxta tenorem formulæ epistoli, sic operare.

In cap. 6. tabulam possumus, quæ modus, numerus, tempusque verborum continentur suis signis expressa, & in fine notas casuum quoque obseruabis, hanc pone ante te; deinde cum nomina, *Petrus*, *tus*, *Amicus*. sint nominatiui casus, appone illis notam, quam nominatiui exprimit, sic N.

- 4) Quia *Venit* præteritum perfecitum refert, adde ei post numeros hanc notam **E**. quæ nota est præteriti perfecti singularis numeri.
- 5) Vox *Ad* indeclinabilis est, ideo quemadmodum cœtera aduerbia, ita & hæc sine note villa ponantur; quod semel monuisse sufficiat.
- 6) Pronomina vero & relativa, vti extensa habentur in propria columnâ signata numero xxx, ita numeris quoque proprijs iisdem adscriptis exprimantur, vt proinde vel ex ipsis numeris cognoscas facile cuius casus sint.
- 7) Cum *Portauit* præs. pers. & 3. personæ sing. num. sit, ei apponas notam **E**.
- 9) *Litteras tuas* appone hanc notam accusatiui casus plur. num. nempe **A**.
- 10) Adde numeros in appropriatis columnis occurrentes, vti in formula pater.
- 11) Quoniam verbum *Intellexi* præteriti perfecti primæ personæ singularis numeri est, ei notam huiusmodi **E** vti tabula docet, appone.
- 12) Et quia *num animum* accusatiui casus est, adde eis notam accusatiui casus **A**

De

- 16 De adverbis iam dictum est.
 17 Quoniam *faciam* futurum sing. num. & primæ personæ est, addes ei ex tabula symbolum congruum, hoc pacto. I
 18 *Inxta* indeclinabile nullum signum habet.
 19 *Tram* quare in columna pronominum.
 20 *Voluntasem* quoniam Accusatiui casus est, & sing. num. appone ei notam eius, sic Å.

Atque ita tuam epistolam per numeros notasque habebis construam, omnibusque numeris absolutam, vti in sequentis linguarum epitogismi ultima columnă apparet. Rem fusiū quam par esset deduximus, ne cuiquam scrupulus in operatione occurreret.

Hæc itaque signa sola, id est numeros cum appositis notis descriptos, transmittes ad diuersos amicos, diuersis in regionibus commorantes, verbi gratia Gallos, Italos, Hispanos, Germanos, Græcos, Latinos, Hebreos, Arabes, & singuli singula sensa mentis tuæ, eo quo paulò post dieam modo, scitè percipient; & si omnes totius mundi linguae hoc pacto ordinatæ essent in hoc libro, omnes & singuli ex numeris & notis hic positis, quid velles, vnuſquisque in lingua sua vernacula (posito tamen omnes hunc librum habere) cognoscerent: atque in hoc potissimum confisit huius artificij combinatiua constructio.

NOTAE IN PRAEDICTAM PRAXIM.



1 VONIAM in litteris componendis nihil magis obuium est, quam pronomina tum absoluta, tum relativa, adverbia quoque & propositiones, quemadmodum etiam duo verba, Sum, & Habeo; ne scripturus litteras semper querere cum aliquo studio cogeretur; nos facilitati in omnibus consulentes in fine adiunxiimus proprias tabulas, vti titulus singularium columnarum docet, in quibus fuisse pronominum, declinationum, vti & in verbis Sum, & Habeo, modos, tempora, casus, sine notis tamen verborum, columnis proprijs posuimus, vt proinde nil aliud factu opus sit lectori, quam ut numeros vnicuique adscriptos seorsim correspondentibus verbis adscribat, vti dictum fuit.

2 Si in Dictionario non inueniretur aliquid nomen & verbum, quo in epistola concr̄benda vti vellet; tunc aliud Synonymum ipsi substituantur, verbi gratia, si quis epistolam compoſuisset hoc initio, *Appellat ad nos*, & in Dictionario nomen hoc non reperiretur, tunc loco deficientis substitui posset nomen *venit*; hoc pacto nomen portare, casu quo id non reperiretur in Dictionario, substitui possent verba, *adferre*, *confignare*. Quod non solum de verbis quibuscunq; tandem intelligi velim, sed & de nominibus adiectiuis, proprijs, similibusque.

3 Si quedam verborum constructio non congrueret, aut difficilior foret, tunc in aliam quamcumque faciliorem eam mutare posseris, ita ut sensus tamen epistolæ quoad substantiam remaneat.

4 Non debet in hoc artificio attendi verborum elegancia, & numerosa periodus, sed simplicissima constructio, & quantum fieri potest, verbis & vocibus nudis, sine ornatu concepta.

5 Plerumque in hoc artificio ex varietate idiomatum contingit, adiectiuum siue epitheton aut relatiuum aliquid, quod in lingua Latina postponitur, nec esfari in alia lingua ad Cacophoniam vitandam præponi debere; verbi gratia male sonat in Gallico, *Pere nostre*, aut, *Am̄e nostre*, quorum tamen utrum-

B 2

que

que in Latino bene sonat, *Pater noster*, *Amicus noster*. hoc si aduerteris, nihil aliud legenti faciendum esse scias, quam ut vel calamo, vel mente sola legens, male sonantia verba inuertat. Sed haec vti nullius momenti sunt, ita facile à quolibet corrigi possunt. Sufficit itaque id innuisse.

6 Si verò quispiam ignarus linguae Latinae, Gallicā linguā scribere vellet, & primo litteras gallicas ex Dictionario L. verbis Gallicis, in columna signata nomine *Gallica* occurrentibus, & ordine alphabeticō dispositis epistolam de qualibet re conficiat, & singulis appropriatis numeros addat; deinde, iuxta tabulam quam cap. sequenti de modis, tempore, numero, persona exhibebimus, notas apponet cuilibet coningationi verborum, aut casibus nominum proprias. Et hilce peractis mitter ad quascumque mundi partes litteras, earumque per notas appositās sensum percipient, adeò vt quod lingua Gallica conscripsum erat epistolium, unaquæque Natio in sua lingua intelligat. Quod de Gallica lingua diximus, idem intelligendum est de Italica, Hispanica, Germanica lingua; immo si reliquarum Nationum linguae hisce infererentur, eodem, quo hic dispositi sumus quinque præcipuas Europæ lingnas, modo, & ratione; dico. & Arabes, Egyptios, Armenos, Aethiopes, Syros, Indos, Sinas, Iapones, Africanos, Americanos, Linguis ea facilitate intellecturos, ac fr. propria & nativâ linguae scriptæ fuissent. Quomodo vero dictarum Nationum dictionaria hisce quinque ordine inserenda sint, supra cap. 4. docuius, ubi statim vel unicuique artificij dispositionem capienti, modus suggeretur. Sed ut exemplum luculentius appareat, hic specimen adnectimus octo linguarum.

Specimen reductionis octo linguarum ad unam.

Lutina	Graca	Hebraica	Arabica	Italica	Gallica	Hispanica	Germanica	Littera omnibus linguis communis.
Petrus	Πέτρος	בְּתַרְוִם	بَطْرِس	Pietro	Pierre	Pedro	Peter	xxviii. 36. N
noster	οὐμῶν	- אָחֹר	- صَاحِبٌ	nostro	nôstre	nuestro	vñfer	xxx. 21. N
amicus	φίλος	בֶּן־	بَنْ	amico	amy	amigo	frenndt	ii. 1. 5. N
venit	πέμψει	בָּא	بَلْ	venuto	est venù	à venido	ist kommen	xxiii. 8. F
ad	επίστει	- אל-	- إِلَى	-	-	-	zu	xxxi. 10. P
nos	ιδιός	נוּדָה	نِدَّ	-	-	-	vns	xxx. 20.
qui	οἵς	אֲשֶׁר	أَشْرِقُ	il quale	le quel	que	vvelcher	xxx. 22.
portauit	τύπτει	חַבֵּא	حَبَّا	portauit	portè	portó	hat gebracht	xvii. 29. F
tuas	της	אַגְרָת-	أَجْرَاتْ	tuas	la tua	vuestra	dein	xxx. 28. A
litteras	επιστολή	לְ	لِكَ	lettera	lettere	carta	brieff	HELL. 16. A
ex	εξ	- מִ	- مِنْ	dalla	de	de	aufs	xxix. 12.
quibus	τινάκα	נָח	نِفَّعَةٍ	quale	laquelle	la qual	vvelchen	xxx. 22. A
intellexi	τυνηκε	חִבְנָתִי	عِقْلَتْ	inteso	ay entendu he entiendo ich hab verstanden	-	xli. 3. F	
tuum	τού	כְּפָתָ-	ذَقْنَةٍ	la tua	ton	vuestro	deia	xxx. 38. A
animum	θυμός	לְ	كَيْ	intentione	intention	animo	gemüth	i. 13. A
&	καὶ	לְ	كَيْ	-	-	y	vnd	xxix. 15.
faciam	πλάνω	מְעַמֵּן	عَمَل	fard	se feray	haré	vwill thun	w.ii. 25. I
iuxta	επάνω	כְּ	كَيْ	conforme	selon	segun	nach	xxix. 20.
tuam	την	לְצָוָ-	كَيْ	alla tua	ta	vuestra	deinem	xxx. 28. A
voluntatem	θύμη	לְ	كَيْ	volonta	volonté	volontad	vwillen.	xxiii. 40. A

Si itaque ultimæ columnæ notas exscripteris, & ministris ad Latinum, Græcum, Hebreum, Arabem, Italum, Gallum, Hispanum, Germanum, quos tamen omnes exemplar dictionariorum habere suppono, tunc h̄orum singulam scitè & facile intelligent sensum epistolæ, ac si nostra lingua exarata fuisset. Et quod diximus de hisce octo linguis, de omnibus alijs totius mundi, si singula sua columnas in hoc articulo, iuxta ea quæ cap. 4. insinuauimus, obtinerent. Græcus enim statim ad suam columnam, Hebreus ad suam, ad suam Arabs, uti Gallus, Italus, Hispanus, Germanus, singuli ad suas recurrerent, dummodo exemplar huius libri polyglossi haberent. Neesse quoque foret ut omnes gentes, quorum dictionaria hie inseruntur, pariter instrucionem haberent, quā quomodo scribendum, legendumque esset, intelligerent, quod aptè fieret, si instruc̄io h̄ec nostra in quacumque pariter linguam vertetur.

C A P V T . S E X T U M .

*De modo legendi litteras suis numeris & nominis signatas, quod sui opere
Dictionarij II. signata littera B.*



Ostrovam itaque quispiam quascumque tandem litteras, quacumque, ex his 5. positis, lingua conscriptas acceperit, quacum primò ad sensum epistolæ per notas descriptæ percipiendum, accipiet Dictionarium II. signatum littera B. ante se, in qua reperiet duplices numeros, quorum priores maiuscūli in singulis folijs exarati spectantur, ac indicis simul foliorum notarumque officium sustinent; posteriores minusculi sive zyphræ sunt, & in singulis columnis ordine naturali, iuxta nominum & verborum seriem disponuntur, & indicant ea quæ quæfuntur, nominis. Apponuntur & hisce numeris ut plurimum nota coniugatio & declinationum, sive easuum.

1. His probè peta&is te accinges ad interpretationem notarum. Cum primæ notæ in littera sint xxvii. 36. N. quare in dictionario II. folium quod maiuscūli numeri indicant, verbī gratia xxvii. deinde descendē in serie numerorum cuiuscumque tandem columnæ, usque dum minusculum reperieris numerum proprio nominis correspondentem, videlicet 36. & hic è regione monstrabit nomen quod quærebas; quia verò hi numeri adiunctam habent hanc notam N., signum Nominatiui, scorsim in charta scribes; Parte in Nominatione.

2. Vide sequentes numeros xxx. 21. N. eosque quare fol. xxx. Dictionarij II. B. deinde descendē in quacumque tandem columnam ordinem naturali numerorum, usque ad 21. & inuenies è regione ei correspondere in Latino, non sibi, quoniam ipsius numeri notam hanc nominagui adiunctam habent, potes hoc inten̄ m̄ter in nominativo.

3. Obserua tertio loco positos numeros 11. 5. quorum primum in Dictionario II. quare i. f. & deinde descendē usque ad numerum 5. & hic ostenderet è regione nomen quod quærebas; videlicet Amoris, cui cum hac nota N. ap̄posita sit, scorsim in nominativo ponens: in reliquis verò linguis, modi nac propria fere indeclinabília sunt, quibus nota N. servit in omnibus casibus.

4. Obserua numeros quarti loci positos, & sive xxvii. 1. & cum adiuncta nota N. quare itaque fol. xxvii. inter numeros minusculos numerum 8. & hic tibi è regione monstrabit verbum venire, nota vero N. monstrat p̄m̄ in tertia persona singulam, præt. pers. pohensum esse, secundū itaque ponens venit.

5. Obserua tertium quarti loci positos numeros xxvii. 1. quos quare fol. xxvii. 1. in quo descendē usque ad numerum 10, & hic è regione monstra-

strabit *Ad*, quod seorsim appones vocibus reliquis iam collectis.

6 Cum sexto loco numeri sint xxx. 20. cum nota **A**: quæres folium xxx. & in eo zyphram inter ordine naturali descendentes numeros, 20., cui è regione responderet *nos*, seorsim itaque *nos* reliquis iam collectis vocibus appone.

7 Cum septimo loco ocurrant numeri xxx. 22. quæres folium quod reau- sculi numeri indicant in Dictionario B, & vñā numerum minusculum inter ordine descendentes numeros, 22., & hic, videlicet 22., e regione ostenderet tibi vocem *qui*, quam seorsim pones.

8 Cum octavo loco ocurrant numeri xvi i. 29, **E**, quære in fol. xvii i. numerum 29., & inuenies cum respondere verbo *portare*; quia verò numeri hanc notam **E** adiunctam habent, pones hoc verbum in tertia persona, sing. num. præteriti perfecti *portavisse*, hæc enim nota, vti ex tabula notarum coniuga- tionis patet, ostendit personam, numerum & modum verbi, scribe itaque *portavit*.

9 Cum nono loco ocurrant numeri xi ii. 16. **A**, in fol. xi i i. numerus 16. indicabit *Tunc*, quem iuxta signum Accusatiui casus, plur. num. seorsim pones in Accusatiuo.

10 Cum iterum decimo loco ocurrant hi numeri xxx. 28. **A**, quæres in folio xxx. numerum 28., cui è regione correspondet vox *littera*, & quia no- tam præterea adiunctam habet **A**, notam Accusatiui casus, plur. num. seorsim pone *litteras*.

11 Cum undecimo loco ocurrant numeri xxix. 12. quære in folio xxix. nu- merum 12., qui è regione præpositionem *ex*, quam seorsim reliquis appones, monstrabit.

12 Numeros hoc loco positos xxx. 22. **A** quære in fol. xxx. & numerus 22. è regione ostenderet, *qui* cum nota Ablatiui pluralis numeri **A**, nude & *qui- bus* appone seorsim.

13 Numeri occurunt xi i. 3. **L**. quære in fol. xi i. numerum 3. & è regio- ne eius inuenies verbum *intelligere*, & quia nota **L** significat primam perso- nam sing. numeri, præteriti perfecti, seorsim pones ad reliquias voces iam inuentas *intellexi*.

14 Numeri occurunt xxx. 28. quære itaque in fol. xxx. numerum 28. & inue- nies è regione *Tunc* cum nota pariter Accusatiui **A**. pone itaque seorsim *tunc*.

15 Numeri occurunt ii. 13. **A**. quære in fol. ii. num. 13. & è regione in- uenies *Animus*, nota verò **A** indicat in Accusatiuo popendum esse; *Animus* itaque appone seorsim reliquis.

16 Numeri occurunt xxix. 5. quære in fol. xxix. numerum 5. è cuius regio- nè occurreret *Atque*, vel *&*, quam seorsim pones.

17 Numeri occurunt vi. ii. 25. **I** quære fol. vi. ii. numerum 25. & inue- nies ei respondere verbum *facere*, **I** verò indicat primam personam sing. num. futuri temporis, pone itaque seorsim *faciam*.

18 Numeri sunt xxix. 20. qui indicant fol. xxix. per numerum 20. aduerbium *intra*, quod seorsim pone.

19 Numeri sunt xxx. 28. qui indicant fol. xxx. per numerum 28. *sunt*. Itaque ob notam **A** appositam, pones seorsim *sunt*.

20 Numeri sunt xxii. 40. **A** qui indicant fol. xxii. per numerum 40. *voluntas*. Itaque ob notam **A** appositam, pones seorsim *voluntatem*.

Ex his omnibus peractis prodibit sensus epistolæ perfectus. Petrus noster amicus, venit ad nos, quis portans tuas litteras, ex quibus intellexi tuum animatum, & faciam in tua voluntatem.

Atque hæc in quacumque lingua ex his quinque, ex quibus dictionarium constat, intelligentur.

Vide s itaque ex hoc vel unico exemplo, modum procedendi in legendis quibusvis alijs litteris, quantumvis longis & copiosis.

NOTÆ

NOTAE IN PRAEDICTAM PRAXEM.



Ac tametsi in principio laboriosa videtur, magna etiam animo voluptate patitur, sed ubi iusta ratione nominum & verborum mole, per solos numeros mira quadam & inuisu bucuscque dispositione combinata insufficiet praxi; quod querit, inuenit, & si sibi praxim hanc quispiam familiarem reddiderit, non tantum cum voluptate sensum emerget & cum maxima facilitate. Experti sunt hanc praxim Augustissimus Exsec LEOPOLDV8 I. via cum Serenissimo Archiduce LEOPOLDO GUILIELMO; & quod dixi, verum se reperisse attestati sunt. Vti ex testimonio litterarum huic operi praefistarum patet.

Ante omnia sibi familiares reddere concantur notis coniunctionum, quas in sequenti tabula apponimus; neque res ullam difficultatem habet, cum reliqua omnes ex tribus hisce figuris U. N. T. construatur sint.

Schemata Notarum, quibus modus, tempus, numerus
verborum indicantur.

Verbum Actuum.

Sing.	¹ U Amo
Plur.	² U amatis
Præsens.	³ U amant.
Plur.	¹ U amamus
	² U amatis
	³ U amant.

Sing.	¹ U Amaui.
Plur.	² U amauistis
Præt.	³ U amauit.
Plur.	¹ U amauimus
	² U amauistis
	³ U amauunt.

Sing.	¹ U Amans
Particip.	² U amantes.

Sing.	¹ U Amabo
Plur.	² U amabis
Futurum.	³ U amabit.
Plur.	¹ U amabimus
	² U amabitis
	³ U amabunt.

Sing.	¹ U Ama
Imperat.	² U amase.

Casus Singularis numeri.

N Nominativo.

G Genitivo.

D Dativio.

A Accusativo.

V Vocativo.

A Ablativo.

Casus pluralis numeri.

N Nominativo.

G Genitivo.

D Dativio.

A Accusativo.

V Vocativo.

A Ablativo.

Verbum Passivum.

Sing.	¹ U Amor
Plur.	² U amaris
Præsens.	³ U amatur
Plur.	¹ U amamur
	² U amamini
	³ U amantur.

Sing.	¹ U Amatus sum.
Plur.	² U amatus es.
Præt.perf.	³ U amatus est.
Plur.	¹ U amati sumus.
	² U amati es.
	³ U amati sunt.

Sing.	¹ U Amatus
Particip.	² U amatus.

Plur.	¹ U amari
	² U amaberis
Futurum.	³ U amabitur
Plur.	¹ U amabimur
	² U amabimini
	³ U amabuntur.

Sing.	¹ U Amare
Imperat.	² U amare.

Nominativo.	¹ U Nominativo.
Genitivo.	² U Genitivo.
Dativio.	³ U Dativio.
Accusativo.	¹ U Accusativo.
Vocativo.	² U Vocativo.
Ablativo.	³ U Ablativo.

Vides itaque in hac tabella, hanc notam praesentis temporis sing. num. **U** personam exprimi per virgulas ei additas, vt si vna ei addatur **U**, primam personam, si duæ, sic **U** personam secundam; si tres **U**, tertiam personam indicat. In plurali verò numero, nota non nisi punto differt à priori; personas indicant virgulæ ei appositæ **U** 1. **U** 2. **U** 3.

Præteritum perfectum singularis numeri, vt vides, per notam priori inueniam indicatur, sic **U** cui virgulæ iunctæ ostendunt **U** **U** **U** personas: pluralis verò numeri per easdem punto tantum differentes, vt **U** **U** **U**. Pari pacto nota futuri **I** primam personam, **II** secundam, **III** tertiam personam singularis numeri indicat; pluralis vero numerus personarum notatur per lineolam extremitati figuræ appositam, sic **I** **II** **III**. Atque hoc pacto omnia occurrentia verba actiua signabuntur. Notæ verbi passiui nullam prorsus differentiam habent, à verbi actiui modo, tempore, numero, nisi lineolam quandam, quæ notis supraponitur. hoc pacto: **U** **U** **U**, *Amor, amaris, amatus*: sed hæc omnia ex tabula à tergo posita clarius patent, quam ut fusius explicari mereantur. Vides præterea modum Casuum notas explicandi: qui casus sunt 6. Nominatiuus, Genitiuus, Datius, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, Singularis & Pluralis Numeri; & hasce notas nihil aliud esse, quam initiales litteras Casuum, quibus circellus appositus indicat Num. Sing. Pluralem vero numerum indicat in iisdem notis producta linea, quibus singuli signantur.

Nota in Casuum expressione his notis tantum Latinos vti; in reliquis verò linguis idiomaticis, quemadmodum earum nomina ferè indeclinabilia sunt, ita quoque hasce opus non habent, sed tantum articulorum appositione distinguuntur.

C A P V T . S E P T I M V M .

De Utilitate huius Artificij.



I Dictionarium omnibus numeris completem esset, ita vt nulla verba aut nomina decessent, certè id omnibus reliquis dictionarijs præstantius foret. Nos ad artificij dispositionem ostendenda dictionarium quantum fieri potuit, non nisi necessarijs verbis & nominibus, vsu magis tritis, hoc loco laboris vitandi causa cōcin- nauimus; sperantes futurum, vt aliquis forsan maiori otio indulgens, id suæ perfectioni restitutum, præcipuis orbis idiomaticis applicaturus sit.

Vtilitas itaque prima huius artificij in hoc consistit, vt quilibet etiam non nisi vernacula instructus, nihilominus cum omnibus mundi populis, reciproco litterarum commercio correspondere possit, vti ex paradigmatis patuit, posito omnes huius Syntagmati copiam, & linguas omnes simili modo dispositas habere.

Secunda hæc est. Quod si quispiam reliquarum linguarum ignarus, nosse velit, quidnam significet in alijs linguis quodpiam, siue verbū, siue nomen, aliudue simile, is statim id obtinebit, si in primo dictionario querat verbū aut nomen, cuius significationem in alijs linguis scire cupiet, numeros deinde ei adscriptos in secundo dictionario querat, & numerus zyphratus statim ei indicabit in eadem transuersa nominum serie, vocis significationem in Latina, Italica, Gallica, Hispanica, Germanica. & si artificium ad omnes linguas esset traductum, dico, pari pacto eum in vna & eadem serie dictæ vocis significationem, in quacumque tandem lingua inuenturum. Eadem ratione epistolam constructa iuxta tabulam quæ signa coniugationis & declinationis exhibet.

Tertia vtilitas est, quod huius artificij ope, quilibet Steganographico stylo arcana mentis suæ adeò sub epistola huiusmodi notis exarata velare possit; vt præter correspondentes, nemo alias penetrare queat, & consistit in sola numerorum, singulis nominibus verbisque adscriptorum, transmutatione. Sed hæc Lectori tantum indiget sufficiat.

FINIS I. SYNTAGMATIS.

A

DICTIONARIVM. PENTAGLOSSVM SIVE QVINQUE LINGVARVM IVXTA ORDINEM ALPHABETICVM DISPOSITVM.

Seruit Litteris componendis, & scribendis.

IVXTA NOMINA FRONTI INSCRIPTA.

PARÆNESIS AD LECTOREM.

CVM hoc Dictionarium Pentaglossum Alphabetico litterarum ordine in ynaquaque ex his quinque linguis constitutum sit ; Litteras in quacumque tandem lingua ex dictis quinque composturis, primò Epistolam brevibus simplicibusque verbis concipiet, conceptam in voces, nomina, verba, aduerbia, cæterasque particulas, perpendiculari ordine in columnæ formam, ut in præcedentibus dictum fuit, displices, & deinde singula ordine vocabula, v.g. Latina in columnis (Latina) signatis; quæres. Inuentis vero, vocabulis numeros singulis vocibus adscriptos, perpendiculari descensu seorsim pones, quibus si ad constructionem faciendam, coniugationis ac declinationis signa supra Cap. descripta apposueris, habebis epistolam conscriptam : quam Italus, Hispanus, Gallus, Germanus, etiam si Latinæ linguae ignari, ex II. Dictionario, vt in primo eius folio docemus, sine difficultate intelligent. Si vero in primo Dictionario vocabulum aliquod non intelligeretur ; numerum ei adscriptum quære in II. Dictionario ; & habebis quæsumum.

Latina

Latina.	Italica .	Gallica .	Hispanica .	Germanica.
A	A	A	A	A
abalienare.	I. 1 astenere.	I. 4 absténir.	I. 4 abstenir.	I. 4 ibhalten .
abdere.	I. 2 abbracciare.	II. 10 abayer.	XII. 35 abbraçar .	II. 10 abschneiden .
abire.	I. 3 abandonare .	VI. 23 abbaïsser .	VII. 2 abrir.	II. 20 abeudverden .
abstinere.	I. 4 abbassare .	VII. 2 abandonner.	VI. 26 abaxar .	VII. 2 abtragen .
abscindere.	I. 5 à che hora .	XIX. 5 acquerir .	I. 16 ablaudar .	XIV. 21 absteigen .
absque te .	I. 6 acetosa .	XVI. 11 accoustumer .	V. 21 aborrecer .	VII. 5 abhalten .
acuere .	I. 7 accendere .	XI. 21 accomoder .	X. 8 açesar .	XV. 23 abschneyden .
acetarium .	I. 8 accomodar .	X. 8 acheter .	VIII. 7 açuciar .	XX. 21
accipiter.	I. 9 adquistare .	V. 35 achatuer .	XVII. 8 accordar .	XIX. 36 abbrechen .
acipenser.	I. 10 accostumare .	V. 21 aduenir .	I. 15 zaubar .	XIV. 35
acidus .	I. 11 aqua .	II. 24 adorer .	I. 17 açadon .	XIII. 9 ackeren .
acus .	I. 12 aquid .	2. 12 adtourne .	IV. 21 acomodar .	X. 8 also .
accipere hospitio.	I. 13 accidere .	2. 13 addoutir .	XIV. 16 açufraa .	XXI. 1 antvorten .
accidere .	I. 14 adempire .	XVII. 2 ayasi .	IX. 8 aconseljar .	V. 23 alda .
acquirere .	I. 15 addolcire .	XIV. 16 aigre .	XXI. 2 accostumbar .	V. 21 anhalten .
adocare .	I. 16 adulare .	III. 20 aymer .	I. 11 acercar .	II. 23 antvorten .
aduenire .	I. 17 affutare .	V. 13 aignéau .	II. 7 acentecer .	I. 15 annemmen .
aduenire .	I. 18 offretare .	IX. 13 aigu .	I. 35 adande is .	XIX. 2 adel .
adferre .	I. 19 agghiacciare .	X. 2 aller alentour .	I. 12 adolantar .	XV. 15 amme .
addocere .	I. 20 aggiare .	I. 7 aller .	IV. 26 XVIII. 3 anzünden .	XV. 24
aduersperalcere .	I. 21 agro .	I. 11 allumer .	XII. 12 adorar .	XI. 31 anfangen .
admiscer se .	I. 22 adirare .	XII. 10 aloſe .	XI. 31 adquerir .	XI. 19 anziehen oder Kley-
ad nihilum redigere .	I. 23 adorare .	I. 17 ameiner .	XII. 29 aguiera .	XIII. 10 den .
admonere .	I. 24 glutare .	XIV. 9 amender .	I. 26 agua .	XI. 16
admirari .	I. 25 alienare .	I. 1 amoindrit .	II. 23 agneda .	II. 24 ankleben .
agré ferre .	I. 26 alcuno .	XVIII. 28 amiabile .	VII. 16 aguzar .	IV. 36 anhören .
agrotus .	I. 27 alcuno .	I. 38 amiabiletè .	II. 9 ahogar .	III. 3 aufsitz .
agrotatio .	I. 28 alto .	I. 39 apprendre .	II. 8 ahorrar .	II. 39 anders .
adituus .	I. 29 altezza .	I. 40 amour .	VII. 18 alguno .	I. 37 angehen .
equare .	I. 30 alloggiare .	I. 14 amys .	II. 6 aloſa .	XVI. 18 ankommen .
edificare .	I. 31 alzare .	III. 1 à midy .	II. 5 also .	I. 17 anberen .
aggrédi .	I. 32 pattegrò .	XII. 17 anheantir .	XIV. 9 aleura .	XII. 29 arm .
agitare .	I. 33 pategrò .	II. 15 alquitar .	I. 23 alçar .	I. 39 armut .
agnostere sionis .	I. 34 allegreza .	XIII. 5 anglettere .	III. 1 anffheben .	XVI. 27
agnoscere .	I. 35 allegreza .	XIII. 4 anglois .	II. 15 alquitar .	V. 13 ausgiesser .
aliiſ .	I. 36 aliko .	I. 36 anerte .	II. 13 alabarſe .	XVIII. 18 ausgeben .
aliter .	I. 37 alirmente .	I. 37 ammoncer .	II. 12 almorzar .	X. 26 ausgiessen .
aliquis .	I. 38 amito .	II. 3 apporter .	I. 19 alegro .	X. 31 aufzprechen .
altus .	I. 39 amora .	II. 13 appareiller .	XII. 17 auszloschen .	XVIII. 1 auslösen .
altitudo .	I. 40 amore .	II. 6 approcher .	XIII. 6 alegro .	XIX. 26 auflossen .
aliquid noui .	I. 1 amorequole .	II. 9 appaiser .	XII. 28 alegro .	XIX. 27 aufdecken .
alea ludere .	I. 2 amoredolezza .	II. 8 appriuoiser .	XVII. 14 alquesil .	XVII. 37 aste .
albus .	I. 3 amare .	II. 7 appartenir .	VII. 25 algunos .	XXI. 4 aufspahen .
alere .	I. 4 imollire .	XIV. 21 à quelle heu-	XVIII. 6 alatärde .	XXII. 16 aufstehen .
amicus .	I. 5 anno .	II. 13 re .	XIX. 5 amar .	XXIII. 31 aufseinem Kardenfa-
amor .	I. 6 innra .	II. 12 arriuer .	I. 18 amigable .	II. 7 hren .
amare .	I. 7 ammonire .	I. 24 arrouser .	XIX. 31 amor .	XXIII. 1 anrufen .
amabilitas .	I. 8 andar via .	I. 3 armurier .	V. 40 amabilidad .	II. 17 auflösen .
amabilis .	I. 9 innallare .	I. 23 assleurer .	XX. 28 amansar .	XIX. 26
amplexari .	I. 10 ignello .	I. 35 assembler .	V. 31 à medio dia .	B XIV. 9
ambulare .	I. 11 à hora di präzo .	XIV. 9 afne .	II. 33 amonestar .	I. 24 Baden .
				XI. 21

anas.

Latina.		Italiana.		Gallica.		Hispanica.		Germanica.
anas.	II. 12	andare.	XII. 12	asocesse.	XII. 34	amigo.	II. 5	bachen.
anglus.	II. 13	avventiare.	XV. 23	assieger.	XV. 29	atmiable.	II. 9	beherbergen.
anglia.	II. 14	annodare.	XXV. 3	attendre.	XIV. 26	ama.	XV. 24	bevahren.
annus.	II. 15	anninedere.	VII. 38	attacher.	XIII. 11	antiquilar.	II. 25	beschien.
animus.	II. 13	anegare.	XXI. 27	auoir sōmeil.	VII. 23	anegar.	XXI. 27	benedeyen.
animo tristi.	II. 16	apporcare.	I. 19	auancer.	XVIII. 13	andar al doredor.	bestellen.	IV. 35
anguste.	II. 17	andar attorno.	IV. 26	au soir.	XIII. 34		IV. 26	beklagen.
anguis.	II. 18	apparecchiare.	XVI. 19	aucun.	XVIII. 28	anime.	II. 13	beichten.
ante oculos.	II. 19	aprire.	II. 20	autun.	I. 38	ano.	II. 13	beuuitigen.
aperire.	II. 30	annualmente.	XIX. 6	auoir.	XVI. 16	anudar.	XV. 5	begreissen.
apocha.	II. 21	arroffire.	XIX. 37	auarice.	XII. 6	aparejar.	XVI. 19	bestendig.
appellare.	II. 22	appartanere.	XVIII. 6	auaricieux.	III. 5	apagar.	XIX. 24	bestendigkeit.
appropinquare.	II. 23	arare.	II. 26	autre.	I. 36	apretar.	XI. 15	begeren.
	II. 23	arrinare.	I. 18	autrement.	I. 37	apacentar.	XVIII. 5	beschirmen.
aqua.	II. 24	ardire.	III. 4	auoir pitie.	V. 6	apofentar.	I. 14	betriegen.
aqualis.	II. 25	ardito.	III. 9	arondelle.	X. 32	appressarar.	XVIII. 1	besseran.
arat.	II. 26	ardire.	III. 10	à tout quoy.	XIX. 3	apostrar.	IV. 11	besetzen.
arena.	II. 27	arditamente.	III. 11	ayder.	XII. 18	aprender.	VII. 18	betriegen.
argentū viuu.	II. 28	arrakbiere.	XI. 25			apocar.	VII. 17	beschirmen.
armus.	II. 29	argento viuo.	II. 28		B	apaziguar.	XVII. 14	bedancken.
ats.	II. 30	armarmalo.	V. 40			anade.	II. 12	berauchen.
artocrea.	II. 21	arena.	II. 27	Blanc.	III. 3	que hora.	XIX. 5	berauberan.
asseruare.	II. 32	arundine.	X. 21	baston.	IX. 39	agudo.	I. 12	bespotten.
asinus.	II. 33	armare.		battre.	XII. 19	ane.	III. 14	befehlen.
atina.	II. 34	asciugare.	XXL. 2	baptiser.	III. 15	quellos.	XI. 6	bellan.
ascendere.	II. 35	aspettare.	XIV. 26	baiser.	XVI. 6	a qui es.	X. 29	begütigen.
aspicere.	II. 36	assicurare.	XX. 28	barbe.	XIV. 7	urar.	II. 26	beissen.
astutus.	II. 37	ascoltare.	III. 8	baigner.	XI. 21	arribar.	I. 18	behalten.
astutia.	II. 38	asino.	II. 33	benir.	III. 18	arnesia.	VIII. 11	belägeren.
atingere.	II. 39	atina.	II. 34	beaucoup.	XIV. 38	arrepensir.	XVII. 24	bedecken.
atramentum.	II. 40	affidare.	XV. 29	beau.	IX. 21	irrena.	II. 27	beladen.
attollere.		affigere.	I. 13	beauté.	XVIII. 4	irmero.	V. 40	bereyten.
auferre.	III. 2	attaccare.	XIII. 11	bercer.	XIV. 28	issado.	XXIII. 18	begüttigen.
audige.	III. 3	alefa.	XII. 29	bien.	III. 17	segurar.	XX. 28	bedencken.
audete.	III. 4	auanticipare.	II. 23	bien matin.	III. 19	isertar.	XI. 36	bespotten.
auarux.	III. 5	anara.	III. 5	blanchir.	IV. 15	ffentar.	XX. 30	begießen.
auaricitrix.	III. 6	anaritia.	III. 6	bled.	IX. 34	ffhes.	XII. 13	begraben.
augusta.	III. 7	auanzare.	XIX. 25	blesser.	XIII. 7	iffi.	XXI. 1	liberrüben.
ausculare.	III. 8	amazzare.	XI. 24	boutique.	XII. 1	afuo.	II. 33	behendt.
audax.	III. 9	addirre.	I. 20	boiteux.	IV. 31	afur.	V. 8	bięgeln.
audacia.	III. 10		B	brasser.	IV. 38	afuto.	II. 37	bitten.
audader.	III. 11	Barbezare.	III. 25	brebis.	XVI. 9	afuciar.	II. 38	binden.
aplasi.	III. 12	barattare.	V. 16	broider.	XI. 20	afucar.	XIII. 11	blühen.
antigex.	III. 13	balia.	XV. 24	brochet.	XIII. 26	atormentar.	XXII. 18	blüten.
Primo fiat arca seu cista palmaris, aut etiam pedalis longitudinis, quam hic signauimus litteris A B C D E F G H I. hanc dirimes in 24. receptacula per septum transuersum C D. ita ut 12. loculae sint intra spacium A C B D. & totidem intra spacium C E. D F. pro capacitate tabellorum in ijs ponendarum, nos eius capacitatis fecimus dicta receptacula, ut in singulis tabellæ 6. deponi possent. Qui vero maiori apparatu cistam instruere desiderat, is decem aut plurimum tabellatum capacem reddere poterit.

Secundo. His itaque receptaculis positis, uniuersique suam ex alphabeto litteram ordine, & in fronte describes; & in superiori quidem loco litteræ receptaculorum ab A, continentur ordine usque ad M. In sepiro vero transuerso C D, ab N, usque ad Z coeteras alphabeti litteras continabis; ut in figura apparet.

Cista Ste-
ganogra-
phica.

Tertio.

A

A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	
C	No	O	P	Q	R	S	T	U	V	W	X	Y	Z
A 6	B 2	C 20	D 21	E 22	F 23	G 24	H 15	I 6	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1
B 2	C 3	D 1	E 5	F 4	G 1	H 7	I 8	K 9	L 10	M 11	N 12	O 13	P 14
C 3	D 1	E 22	F 23	G 24	H 15	I 6	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 17
D 4	E 5	F 23	G 24	H 15	I 6	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 13	R 18
E 5	F 4	G 24	H 15	I 6	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 13	R 18	S 16
F 1	G 1	H 7	I 8	K 9	L 10	M 11	N 12	O 13	P 14	Q 15	R 16	S 17	T 13
G 7	H 6	I 6	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 17	R 18	S 16	T 13	U 14
H 8	I 9	K 5	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 13	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20
I 9	K 8	L 4	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 17	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11
K 10	L 12	M 3	N 2	O 1	P 19	Q 13	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12
L 11	M 10	N 2	O 1	P 19	Q 17	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10
M 12	N 11	O 1	P 19	Q 13	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9
N 13	O 14	P 19	Q 17	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8
O 14	P 15	Q 17	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7
P 15	Q 13	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C
Q 16	R 18	S 16	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No
R 17	S 17	T 13	U 14	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No	O
S 18	T 16	V 14	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No	O	P	Q
T 19	V 20	W 11	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No	O	P	Q	R
V 20	W 19	X 12	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No	O	P	Q	R	S
W 21	X 24	Y 10	Z 9	A 8	B 7	C	No	O	P	Q	R	S	T
X 22	Y 22	Z 9	A 8	B 7	C	No	O	P	Q	R	S	T	U
Y 23	Z 23	A 8	B 7	C	No	O	P	Q	R	S	T	U	V
Z 24	A 21	B 7	C	No	O	P	Q	R	S	T	U	V	W

Modus ta- bellas in- scribendi.

Tertio. In dictis 24 receptaculis tabellas 6. pones; tabellæ ex ligno
sint, eruntque in vniuersum tabellæ 144. necessariæ. Hisce intra sua rece-
ptacula positis, iisque in 24. partes primò æqualiter diuisis columnas tabu-
læ alphabetariorum hoc ordine describes. Eximes ex loculo A. unam
tabellam post alteram, in quibus singulis describes litteras alphabeti una
cum numeris, prout illa in prima columnâ tabulæ exhibentur, & ea repones
in suo loculo. Secundò exime ex loculo B. sex tabellas, in
in eorum singulis describes ordine litteras alphabeti à B incipiendo, una
cum numeris appositis, prout in secunda columnâ B tabulæ combinatoriæ
apparet. Tertiò exemptis 6. tabellis ex receptaculo C. in ijs describes litt-

ras alphabeti à C. incipiendo vna cum numeris litteris a scriptis prout columnna 3. C. tabula docebit. Atque hoc pacto progredieris in 6. tabellis singulorum receptaculorum ordine alphabeti describendis; habebisque primam artificij partem finitam. Tabula verò combinatoria ex qua tabellæ describenda sunt, illa est quæ sequitur.

Ne verò postica tabellarum pars otiosa remaneat, exime ex 1. receptaculo 6. tabellas, & in earum singulis describes ex tabula combinatoria columnam B. prout sex primæ b. majori A. coniuncta docent. In singulis enim receptaculorum frontibus inuenies binas litteras, maiusculam, & minusculam. Major indicat in antiqua parte alphabetum ab A. incipiendo: in postica vero à B. incipiendo, ordine describendum esse. Sic procedendo in singularum tabellatum posticis partibus describendis, ita ut alphabetum ab ea littera incipias describere, quam minuscula littera demonstrat. Et hisce peractis singulos tabellarum ordinēs in appropriatis receptaculis repopes, eritque artificium omnibus numeris, & litteris absoluunt.

Nota utrumque eorum, qui hac cista reciproco commercio uti volunt, similem Steganographicam arcā apud se habere debere. Quomodo vero illa uti debeas, iam per propositiones explicandum restat.

C A P V T T E R T I V M .

De buius ciste, & artificij in eō reconditi uſu vulgari.

DE PROPOSITIO PRIMA.

Litteras Steganographicè describere per numeros solos ope unius tabella.



Let us ex quibuscumque tandem volueris tabellis unam, vulgarē quae sit signata littera C, & deinde sensus secretus amico cuiuspiam transmittendus hic sit: CAVE AB EO QVEM NON NOSTI. In assumpta itaque tabella C. alphabetarum, numerum 20, qui litteræ C. arcane correspondet, seorsim pone, deinde numerum 8, qui respondet litteræ A. pariter seorsim scribere, utrumque quo numeris. V, respondet, & hanc seorsim scribe; videlicet 14. & hoc pacto procedes usque ad ultimam arcani sensus litteram, que est I. & numeros hosce in ordine positos, ut hic vides, amico transmitem. Ut vero correspondens tabelligas, quam tabellam elegoris, vel primam tabellæ litteram, vulgarē C. indicasti sufficiet. Quæ littera ne pareat, initiam aliquid sententiā seorsim litteram assumere, aut aliquo alio modo, prout inter se conuenienter rem transigerē poterunt. Et quoniam soli numeri secretum manifestant, poterit quispiam tractantem de quoquis negotio epistolam praemittere; Nos hoc loco accipimus pro Steganographicā littera tabellam quæ à C. incipit: numeros autem Lector applicabit ad indicatam columnam, & iij statim ordine monstrabunt litteras secreta, ut in exemplo patet.

Littere Steganographica.

C	Exemp. I.	C	Exemp. II.
I	20	A	8
D	21	V	14
E	22	E	22
F	23	A	8
G	24	B	7
H	25	E	22
I	26	H	1
J	27	O	17
K	28	O	17
L	29	V	14
M	30	E	22
N	1	Z	3
O	2	Z	2
P	3	O	1
Q	4	S	16
R	5	T	13
S	6	F	6
T	7	T	1
V	8	I	2
X	9	O	1
Y	10	S	1
Z	11	T	1
A	12	F	1
B	13	T	1

Grad. Solis.

Huiusmodi nominibus ad secretum magis magisque tegendum, poteris praepone titulum aliquem numeros concorrentem, vt nos hic fecimus. ponendo *Gradus Solis*, de quibus ea epistola breuiter formari poterit: quo pacto secretum ita latebit, vt a nullo quidquam sub isto tecgi, suspicari possit.

Scriptus autem numerus data operis situ perpendiculari, more astronomorum exaratus est; ne si plano situ illi exhibentur per puncta, aut virgulas, facile cuiam de aliquo mysterio latente suspicio oboriri posset. Atque hic est primus, & omnium facillimus modus.

PROPOSITIO II.

Quomodo ope duarum tabellarum per numeros cuiam scribere queas.

Hic modus impenetrabilis est, vti & omnes reliqui qui sequuntur. Maneat vti prius sensus Steganographicus: **CAVE AB EO QVEM NON NOSTI.**

Hunc sensum ita numeris obuolues. Selige tibi ex quibuscumque volueris receptaculis duas tabellas; sive v. g. signa, litteris frontalibus D'E, has pones ante te: deinde vide ubi in prima tabella occurrat littera C, & numeros ei adnexos 20. Ita secunda lege, deinde quare iterum A. secundam secreti litteram, & numeros ei annexos sub prioribus scribe, & hoc pacto procedes ordine, donec totam secreti seriem compleueris, vñ in exemplo patet, & hos numeros amico transmittas.

Habes hic modum arcanissima scribendi per duas tabulas iuxta se positas de quo nullus suspicari possit aliquid latere a se primo ordinis Gradus, Secundo Minuta superimposueris. hoc modoq; Grad. Min. Astronomorum more indicant enim quilibet duo numeri simul sumptu quam litteram, & tamquam in prima tabella occurrit, ut video.



Exem-

*Exemplum II. de duabus tabellis
iuxta se positis.*

*Numerorum
dispositio iuxta
litteras secreti.*

D	E	Grad Min.
D 2	E 4	20 1 C
E 3	F 3	23 33 A
F 5	G 6	19 18 V
G 7	H 5	3 3 E
H 7	I 8	23 23 A
I 6	K 7	1 2 B
K 9	L 10	3 3 E
L 8	M 9	13 14 O
M 10	N 12	15 16 Q
N 11	O 11	19 18 V
O 13	P 14	3 3 E
P 12	Q 13	10 12 M
Q 15	R 16	11 11 N
R 14	S 15	13 14 O
S 16	T 17	11 11 N
T 17	V 19	11 11 N
V 19	VV 18	13 14 O
VV 18	X 20	16 17 S
X 21	Y 22	17 19 T
Y 22	Z 21	6 7 I
Z 24	A 24	— —
A 23	B 23	— —
B 1	C 2	— —
C 20	D 1	— —

P	A	X
P 10	A 6	X 17
Q 11	B 2	Y 18
R 12	C 3	Z 19
S 14	D 4	A 20
T 13	E 5	B 2
V 15	F 1	C 1
VV 20	G 7	D 24
X 19	H 8	E 23
Y 18	I 9	F 22
Z 17	K 10	G 21
A 16	L 11	H 16
B 2	M 12	I 15
C 1	N 12	K 14
D 24	O 14	L 13
E 23	P 15	M 12
F 22	Q 16	N 11
G 25	R 17	O 10
H 8	S 18	P 9
I 7	T 19	Q 8
K 6	V 20	R 7
L 5	VV 2	S 6
M 4	X 22	T 5
N 3	Y 23	V 4
O 9	Z 24	VV 3

C	1	13	14
A	16	11	6
V	15	1	1
E	23	15	12
A	16	11	16
B	1	12	15
E	23	15	12
O	9	14	3
Q	11	2	18
V	15	11	11
E	23	15	12
M	4	22	5
N	3	23	4
O	9	24	3
N	3	23	4
O	9	24	3
S	14	4	20
T	13	5	3

Nota hosce
3. numeros
semper vni
litterę in pri
ma tabella
respondere: si
verò secretū
per secundā,
aut tertiam,
reuelare ve
lis, tum litte
ra tabellæ
capitalis pū
sto signanda
est, vt Lectori
cōstet quam
nam tabellæ
secreti indi
cem sclege
rit.

Vt autem cognoscat correspondens alterutrum, quatinus columnas ex can
ta multitudine assumptis, litteris id maiusculis in littera aliqua præmissa in
dicare poteris. v. g. *Tandem D E gaza astronomico aperiū tibi modum campu
tandi annos Solares per gradus, & minuta, &c.* In hac epistola non reperiuntur
nisi duæ litteræ maiuscule D & E. hoc itaque tibi signum sit ad eligendas ta
bellas, quarum frons signatur dictis litteris, & nullo negotio penetrabis secre
tum. Numeri enim in tabellis reperti simul in prima tabella indicabunt litter
as, ex quibus sectetus sensus conflatur.

Item præstare poteris cum tribus, quatuor, aut quinque tabellis aut plu
ribus assumptis. v.g. si tribus tabellis negotium confidere velis, felice qua
libet ex receptaculis, videlicet PAX quas ante te pones. Sit autem idem qui
supra steganographicus sensus transmittendus: sic age. Pone in fronte episto
lx PAX CHRISTI quarum prima vox significet tres tabellas esse assumptas
hisce P,A,X, signatas: numeros hic pones sub signis astrotomicis, aut sub re
monetaria, aut mensuris geometricis ponderibusue, perinde est; vti in duabus

X vlti-

vltimis tabellis suprapositis factum vides.

Dispositio numerorum hoc pacto fiat. Quare litteram C in prima tabella, & inde exerce 3. numeros ei adnexos. Deinde quare A & numeros tres ei correspondentes seorsim scribe, & sic de ceteris, ut in exemplo patet. Amicus autem numeros ad se transmissos examinaturus, videbit in fronte epistolæ PAX maiusculis litteris scriptum; vnde intelliget 3. tabellas hisce litteris signatas feligendas esse ad secretum percipiendum. Quæres itaque tres primos numeros 1. 13. 14. in serie tabellarum, & reperies statim illos respondere litteræ in prima tabella, quam seorsim scribes, & sic de consequentibus numeris operabitur, eritque secretum ita testum, ut fieri non possit humano ingenio id penetrari.

Nota in hoc negotio litteras primæ tabellæ tantum indicare litteram secreti sensus, reliquis otiantibus,

COROLLARIVM.

EX his patet quomodo 4. assumptis, & iuxta se positis tabellis operandum sit. Sint dictæ tabellæ *LAVS* duo. posito itaque maiusculis litteris *LAVS* pro clavi, procedes in reliquo eodem prorsus modo quo in præcedenti. Parū pacto si quinque vti volueris tabellis, pro clavi ponatur pentasyllabum *SALVS in domino*, quarum prior vox indicat tabellas accipiendas esse signatas litteris *SALVS*: & deinde eodem modo procedendum, quo in præcedentibus. Quanto enim plures tabellas selegeris, tanto rem magis magisque intricabis. Vti verò innumerū modi sunt litteras frontales tabellarum signandi; ita quoque vniuersusque arbitrio relinquo ponendi alio alioue modo, quas amici ex concordatione arciores esse iudicauerint, quas & per litteras præuias sibi mutuo significare poterunt; quod si fecerint, secretum arte humano ingenio impenetrabile tegent.

PROPOSITIO TERTIA.

Alius modus docetur, quo per applicationem tabellarum iuxta numeros ibidem positos Steganographicum secretum eritur.

Sic secretum vt prius: *CAVE AB EO QVEM NON NOSTI.* hunc sensum hoc obuelabis artificio: Accipe tot tabellas ordine naturali positas, quae in steganographicis sensu litteræ sunt, videlicet. 20. deinde scribe numerum 3. qui C indicat in prima tabella seorsim. deinde in secunda columnâ numerum 21. qui A indicat. postea in tertia columnâ num. 14. qui V significat. rursum in columnâ quarta numerum 3. qui E significat, & sic in reliquis ordine. has enim tabellas si suis numeris in unam lineam transuersam coaptaveris, statim sensus steganographicus manifestabit in litteris, ut sequitur.

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

C 3 I A 2 1 I V 1 4 I E 3 I A 2 3 I B 2 0 I E 2 2 I O 8 I Q 5 I V 8 I E 6 I M 2 3

XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX.

N 1 2 I O 2 4 I N 3 I N 9 I O 1 2 I S 2 0 I T 8 I I 1 8 I

PRO-

PROPOSITIO QVARTA.

Atius modus quo littera pro littera communicatur.

SElige binas quacumque tabellas v.g. A B ; quies iuxta te positis vide , cui littera C in 1.tabella respondeat litteræ in secunda tabella , & inuenies Di deinde vide cui litteræ A in secunda tabella respondeat , & inuenies B , quam seorsim pones : tertio vide cui litteræ in secunda tabella respondeat littera V , & reperies VV : & sic littera E respondebit litteræ F in secunda tabella ; & sic consequenter usque ad finem secretæ scripturæ . Hoc peracto secundæ columnæ litteras mittes ad amicū , qui ex fronte epistolæ videbit maiusculis litteris scriptum A B : si itaque hasce duas tabellas iuxta se posuerit , statim vel ex ipsa applicatione litterarum D B VV F

c a n e

B C F P R VV F N O P O O P T V K . patet in columna 1. latens sensus uti vides .

Hoc item arcarius teges , si assumpsieris tres tabellas , & semper singulis correspondentibus arcana scripturæ litteris in prima tabula , duas in sequentibus tabellis opposueris v. g. DE BC VVX FG ; Qui modus uti infinitas combinationes inuoluit , ita ei amplius inhærere nolo . Quare cum hoc loco indicasse tantum sufficiet , cum quidquid Trithemius , Porta , & Blasius Vigenerius alijque in suis steganographicis operibus fuisse & operosè tradiderunt , id hic modus in se velut in speculo limpidissimo luculenter & maximo compendio ostendat : sunt enim tot diuersi modi in hoc reconditi , quot millenis annis iuxta singulæ combinationum leges describi non possint , ita secreti , ut nullum humanum ingenium eosdem penetrare queat : quorum quidem omnium varia tabellarum dispositio , & ad inuicem adaptatio causa est . Tres enī in hoc artificio combinationes considerari possunt : vel litterarum ad litteras , vel numerorum ad numeros , vel litteræ ad numeros , & horum ad litteras .

Itaque quarumcumque in hisce seriem mutaueris , iam rotum quoque artificium immutaueris ita ut hoc negotium infinitatem quādam induisse videatur . Non dubito quin Lector ex hisce nostris principijs , innumera alia cum tempore sit inventurus , quæ has nostras intentiones magno steganographiae augmento sint locupletatura .

PROPOSITIO QVINTA.

Quomodo per unicam litteram Alphabeti , qua clavis officium sustineat , integrâ epistola , secretum animi consilium quispiam alteri communicare queat

SCIO multorum hoc problema torsisse ingenia ; nos summa id facilitate nostris tabellis expediemus . Sit idem secretus sermo qui supra . CAVE AB EU QVEM NON NOSTI Clavis autem sit v.g. littera A , vel quacumque alia ex alphabeto assumpta . Hac industria procedes . Disponantur 20. tabellæ iuxta sequelam naturalem litterarum alphabeti A B C . harum ope in notitiam arcani venies hoc pacto . In prima tabella seorsim scribe numerum adscriptum litteræ G , quæ est prima littera secreti ; in secunda numerum A in tertia

num. *V* in quarta num. *E* in quinta num. *A* in sexta num. *B* & sic usque ad finem, & habebis sequentem numerorum seriem, 2. 21. 14. 3. 24. 1. 22. 8. 5. 8. 3. 23. 1. 24. 3. 9. 12. 20. 8. 18. Lecturus litteras, coget omnes hosce numeros in unam seriem, & statim in litteris patet sensus secretus, *CAVE AB EO QVEM NON NOSTI.* A vero clavis significat tabellas ab A incipiendo naturali serie alphabeti disponendas esse; si vero pro clavi v.g. O acceptis, id significat tabellas ordinis naturali ab O deinceps, iterum usque ad O esse coordinandas, & sic de ceteris, ita ut quamcumque ex litteris alphabeti litteram pro clavi selegaris, illa indicet ab illa littera tabellas ordine alphabetico ponendi debere: quibus quidem positis, eodem prosus modo, quem iam descripsimus in numeris qua colligendis, qua legendis litteris procedendum esse potis. Qui modus adeo intricatus est, ut nullus tam sublimi ingenio sit, qui in tanta combinationum multitudine illam a scriptore intentam attingere queat, praeter eum qui clavim habet; praeferunt si clavis singulari astutia occultetur. Argue ex hoc patet, quomodo quis per 3. 3. 4. litteras pro clavi assumptiones, steganographiam perficere possit. Cuius quidem variationis nec modulus, nec numerus est. v. g. pro clavi sint haec verba, *I E S V S, M A R I A*, iuxta haec igitur nomina disponantur tabellas, deinde iuxta ordinem tabellarum existantur numeri litterarum secreti sensus indices, & habebis quæsitionem. Et si clavis litteræ defecerint, ab initio clavis telam steganographicam ordiri debes, donec totum sensum compleueris.


CAP V T Q V A R T V M.

De usu mirabili quo unum aliquod arcuum infinitis modis regi potest, itans integra qualia cumque tandem sententia integro alicui occulte conceputa respondeat.

Procedo tandem ad magnum illud & mirabile scribendi secretum, quod tot magnificis verborum ampullis descripsit, tantis sermonum spiris metaphorisque ab ingratorum hominum accessu munendum putavit Trithemius, in quo reperiundo tot hucusque ingeniosissimum hominum desudauit industria. Certe Blasius Vigenetius, in suo de Zyphris Gallicè conscripto volumine, cum id capere non posset, Trithemium tanquam de re impossibili temere de se iactantem, carpere non est verecundatus. Nos vero hisce ipsis Trithemium defendentes, nihil cum dixisse, quod quidem hunc scribendi modum concernit, quod veritati non sit consonum, ipso facto in hoc nostro artificio per variam tabellarum dispositionem computationemque demonstrabimus. Duo potissimum in hoc scribendi modo ad bene operandum scitu necessaria sunt: Primo sententia quædam, sive qualia cumque tandem verba, quæ ut manifesta sunt omnibus, ita quoque clavim vocamus, quæ secretum clavum aperiat. Secundo occultus sensus, quem steganographiam vocant, quo amicum secretò, de quodam magni momenti negotio commonere velis. Clavis sive lensus manifestus, potest esse quævis sententia, vel quæcumque verborum periodus epistola p̄fexx, vel prævio responsu per epistolam transmissa; cuiusmodi esse posset, *Salutem in Domino sempiternam. vel, Carissimo ac Doctissimo Viro Domino Petro Turriano Petronini Casillae salutem*, vel ut Trithemiana methodus magis magisque elucescat, pro clavi ponatur paucis verbis concepta epistola, cuius tenor est is, qui sequitur. *Oro te Carissime Amice, ut misericordia mibi concedas, &c.* quæ sequuntur, ut supra. Atque hoc pacto quam-

Digitized by Google

Fig. 132



Syntagma operationis.

Pag. 137

In hisce columnis numeri, data opera, ad facilitandam compositionem, omisi sunt, exceptis ijs numeris qui litteris Steganographicum sensum exhibentibus, appositi videntur.

quamecumque epistolam quibuscumque verbis conceptam scribere poteris; quæ quidem nihil aliud quam clavis munere fungentur; sub hac enim latet mihi quodam modo secretum absconditum, ut post videtur. Et litteræ quidem clavis semper in fronte tabellarum ordine disponendæ sunt: sensus vero secreti litteræ disponendæ sunt in latere, seu in subsequentibus litteris tabellarum. Quæ omnia diligenter notanda sunt. Sed paucis verbis operationis totius modum dicamus. Sic itaque clavis, ut sequitur.

PROPOSITIO SEXTA.

Quæ modus describitur, quo clavis litteræ secretæ conceperis litteris ad equalitatem respondeant.

Clavis. SALVTEM IN EO QVI EST VERA SALVS. 26) litteræ
Sensus secretus. CA V E A B E O Q V B M H A V D C O G N O W I S T I. 26) re.

Primo itaque exime ex receptaculis tabellas illas, quæ litteris suis capitalibus, clavis litteras expriment, eruntque totæ, quæ in clavis litteræ continentur videlicet 26.

Secundò, Tabellis hoc ordine dispositis, ut arcanam scripturam sub totidem litteris comprehendendas, sic age. In prima tabella signata littera S, quæ prima littera clavis est, quare C primam secreti litteram, cui in secunda tabella admoueras litteram A, & in tertia tabella litteram V, & in quarta litteram E: & sic ordine procedendo litteras ordine in unam transuersam lineam adaptes, usque ad ultimam sensus litteram I; & hoc pacto singulæ hæc litteræ, singulis clavis litteris correspondebunt.

Tertio, dispositis iam tabellis eo quo diximus modo, nil amplius restat, nisi ut numeros unicuique litteræ appositos scorsim descriptos correspondenti transmittas hoc pacto:

SALVTEM IN EO QVI EST VERA SALVS.

Significabas mihi super Carissime Melander instantibus precibus, ut tibi transmitterem solaris motus numeros in Gradibus, & Minutis, quos in Zodiaco tenet, octo diemnum spacio. Unde si hæc aliquod emolumentum transiret quæcas, gandebo, & me excuset, quod tanto tempore te in yis transmissis detinuerim. Ex Villa Glariensi 22. May. 1663.

Hæc epistola nullum secretum continet, sed ad legendos numeros tantummodo scribitur, excepta superscriptione epistolæ Salutem in eo, qui est vera Salus, hæc enim ut diximus, clavis officium sustinet, ut sequitur.

SALVTEM IN EO QVI EST VERA SALVS.

Hoc posito si litteras legerus exemeris ex cista tot tabellas, quæ in hac clavi litteræ sunt: ita tamen, ut in ordine iuxta se positz in litteris frontibus dictam Epigraphem referant, is iam sic procedet. In serie numerorum vide cui litteræ in prima tabella numerus 5. respondeat; & inuenies C; deinde in secunda tabella vide cui litteræ numerus 6. corresponeat, & inuenies A, quem præcedenti litteræ C admoueras. Iterum vide cui litteræ in tertia tabella, numerus 18, respondeat, & inuenies V, quam litteram admouebis ad præcedentes duas C A, sicut CAV: postea vide cui litteræ in quarta tabella respondeat numerus 22. & inuenientur E admoueras ad prædictas iam litteras, & habebis vocem CAVE. Porro reliquum sensum pari industria erues; si enim iuxta numerorum seriem, numeros in tabellis ordine sequentes in unam lineam coegeris.

Littera.	5
	6
	18
	22
	15
	23
	6
	7
	10
	19
	4
	10
	19
	29
	19
	4
	17
	5
	6
	13
	14
	23
	9
	20
	24
	19

cegeris, statim sensus occultæ scripturæ simul in litteris apparebit: quod iuxta cunctissimum visu est, & in praxi facilissimum.

COROLLARIVM PRIMVM.

EX hoc patet secretum infinitis alijs modis, vni & eidem epigraphæ correspondentijs, tegi posse: sed paucissimis rem expono; sunt arcana nunquam iuxta tenorem sequentium.

Rex magno exercitu venit contra uestram ciuitatem;

Inimici magno apparatu veniant contra vos;

Esi qui uenient parat, ad eos interficiendas, qui eritis praesunt,

State cauti, cras hostis ueniet, ad uobis occurrendum in via Australi, uidete quomodo, &c.

Cornelius quem promanisti, abiecta gratia, inimico tuo servit.

Quare hostis aeneus austus ducetur in Poliam, vide quid agas.

Sed hæc sufficiant. Si enim centum millia huiusmodi monitionum secretarum transmittere velles; illæ omnes una & sola epigraphæ supradictæ, quæ pro clausu maneat: eo quo dictum est modo, eruerentur per solos numeros, ex variâ tabellarum dispositione, & applicatione, ut vidisti. Imò amplius dico, omnes inuidi bibliothecas citius describi posse; quam ut Combinationes omnes huiusmodi secretarum litterarum conceptus describerentur. Sed hæc fusè in Arte nostra Combinatoria demonstrauimus; ad quam Lectorem remitto.

COROLLARIVM SECUNDVM.

PAtet quoque epigrapham pari modo infinitis modis mutari posse, itaut quælibet verba, quælibet sententia, & epistole, clavis munere fungi possint: Dixi, vel unum verbum sufficeret posse pro clavi ad quamcumque, vel sufficiam Epistolam conscribendam. Sed hoc exemplo ostendam,

PROPOSITIO SEXTA.

Sint hæc verba loco clavis S. P. DICIT dico huius opere, vel vastam epistolam secretis referam scribi posse. Sic autem procedatur. Collige 7 tabellas pro quantitate litterarum, quarum frons referat hæc verba:

S. P. D I C I T.

Si itaque quoddam secretum iuxta hunc conceptum verborum tenorem, scribere desideres, v.g. *Magnum quid circa te agitur, quare prouide tibi in tempore*: Vides igitur tenorem horum verborum maiorem esse quam ut à paucis litteris clavis confici possit. Quæritur itaque quid agendum hoc casu? Dico hoc casu eo, qui sequitur modo procedendum esse: rem paucis indigitabo. Pone primum sub litteris clavis, tot arcani sensus litteras, quot poteris, v.g. 7, prout hic nos fecimus. deinde reuersus ad principium reliquas sermonis occulti litteras ordine pones, semper à principio ordiendo usque ad ultimam litteram, ut in hoc præsenti exemplo patet, & prodibit secretus verborum sensus, isthac numerorum serie, ut vides,

Clavis

*Secretus sermo per numeros exponendus.***Clausis. S.P.DICIT**

*m a gnumq
a i dag i e*

Sermo. ur circa secretus.

*t e quare
pr ouide
t i biunt
e m pore.
id est
magnum
quid agitur
circa te
quare pro-
uide tibi in
tempore.*

S.	P.	D	I	C	I	T
14.	16.	4.	8.	20.	1.	4.
<i>m</i>	<i>a</i>	<i>g</i>	<i>m</i>	<i>n</i>	<i>m</i>	<i>q</i>
23.	7.	2.	20.	24.	4.	8.
<i>a</i>	<i>i</i>	<i>d</i>	<i>a</i>	<i>g</i>	<i>i</i>	<i>t</i>
23.	12.	20.	4.	18.	18.	15.
<i>p</i>	<i>r</i>	<i>e</i>	<i>s</i>	<i>i</i>	<i>r</i>	<i>c</i>
34.	23.	15.	24.	8.	12.	19.
<i>t</i>	<i>e</i>	<i>q</i>	<i>u</i>	<i>a</i>	<i>r</i>	<i>c</i>
12.	12.	13.	24.	6.	17.	19.
<i>p</i>	<i>r</i>	<i>e</i>	<i>s</i>	<i>i</i>	<i>d</i>	<i>c</i>
34.	7.	1.	4.	6.	8.	8.
<i>t</i>	<i>i</i>	<i>b</i>	<i>i</i>	<i>i</i>	<i>n</i>	<i>s</i>
2.	4.	12.	7.	18.	9.	
<i>e</i>	<i>m</i>	<i>p</i>	<i>a</i>	<i>r</i>	<i>c</i>	

Hos numeros vbi vnā cum perbreui epistola, cuius clavis S. P. DICT. correspondens acceperit: tunc promptis ē cista 7. tabellis, quarum frons referat has litteras S. P. DICT. id est, *Salutem plurimam dicit*. Deinde coactis primæ lineæ numeris in tabellis inuentis in unam lineam, nempe 14. 16. 4. 8. 20. 1. 4. litteræ numeris correspondentes dabunt *magnumq*, quæ seorsim notentur. deinde coactis alijs 7. numeris in unam lineam transuersalem, litteræ alphabeti tibi exhibebunt: *uid agit*. & hisce seorsim in directum scriptis: hoc pacto procedes usque ad ultimam numerorum seriem, & prodibit arcanae scripturæ sensus, ut sequitur.

Magnum quid agitur circa te, quare prouide sibi in tempore.

PROPOSITIO SEPTIMA.

Trithemianum exemplum in praxim deducitur.

Quomodo vel vñica voce, vel paucissimis verbis pro clave positis, sub ijs integra epistola de rebus magni momenti conscribi possit, paulò ante docuimus. Quibus expositis, iam quoque exemplum à Trithemio, ceu paradoxum quoddam prepositum manifestemus, quod & supra adduximus. Itaque pro clavi accipias quamcumque epistolam, aut etiam orationem, & sub ipsa arcano sermone rem magni momenti abscondes. ut sequitur.

Clausis ad secretum, hæc epistola est.

Oro te Amice Carissime, ut mutuò mihi transmissas decem floreros cum laore praesentium, quia sunt mibi valde necessarij pro constructione cuiusdam aificij, & tibi fideliter restitnam.

Secretum per clauem eruendum.

Conspiraverunt in necem tuam Melancius, Tyberius, Ioannes & Petrus famuli Comitis de Asto, & quarto die post Laurentij, in nocte circumnallabunt dominum tuam, prouide quis agas.

In hoc exemplo singulæ clavis litteræ singulis arcani sermonis litteris correspondent. Quid verò hoc sibi velit, quod in clavis sermone 56. litteræ, in

In arcane verbo non nisi 47. reperiantur, dici sane non potest, quanoperè multorum ingenia hic defectus fatigauerit, dum fieri non posse dicunt ita qualē litterarum in utroque numerum, id quod à Trithemio promittitur, minimè reddere posse, atque adeò artificium quoque non subsistere. Sed qui paulò ante propositum paradigma recte perceperit, statim recte se habere rem videt, & Trithemium more solito ad vexanda curiosorum ingenia data opera hunc defectum communis percipiet: cum non sit necessarium clavis litteras litteris arcani sensus semper correspondere debere ad æqualitatem; cum clavis nunc abundare, nunc deficere possit: sufficit enim secretum sermonem eo pertingere, ut absolutum sensum conficiat relicta in clavi litteris superfluis. Si vero clavis litteris suis defecerit, id est pauciores litteræ fuerint clavis, quam arcanae epistole, tunc ad principium clavis revertendum est, ut in præcedenti exemplo exposuimus. Sed iam ad exemplum Trithemianum elucidandum progrediamur,

Elucidatio praxis Trithemiana.

Clavis huius exempli epistolion est, eo verborum tenore, quo in præcedenti exhibetur contentum. Sic itaque procedit. Excisa depresso tot tabellas, quæ epistolion litteras continet, vel si tabellæ non sufficerent, pro prima, vice cum 2o. tantum operationem institues, & postea cum totidem alijs usque dum per repetitas operationes totum compleueris. Exemptis igitur 2o. tabellas, quæ in fronte prima Epistoliæ verba continent; *Ora te Carissime Amice*, quæ in singulis tabellis litteras, quæ secreti sermonis sensum referunt. v. g. *Conspirauerunt in necem*, itaut columnis sursum deorsumue promotis, omnes litteræ quæ *Conspirauerunt in necem* conficiunt, in unam rectam & transuersam lineam cogantur. Quo facto eo prorsus ordine, quo litteræ procedunt, una singulis litteris adscripti numeri amico correspondenti mittantur, cuiusmodi sunt sequentes.

Hic legens epistolion numerorum ope transmissorum, in arcani conceptus sensum hac industria perueniet. Exemptis ex arca tabellis quæ in fronte primæ epistoliæ verba *Ora te Carissime Amice* exhibeant, hoc pacto operabitur; iuxta numerorum seriem tabellas tam diu sursum, vel deorsum mouebit donec omnes in unam lineam transuersam cogantur, & litteræ quæ in eadem linea occurrent, manifestabuntur. *Vt mihi mutuo transmissas*, & deiude: iuxta hanc correspondientium numerorum seriem litteris transmissam, coge tabellas in unam lineam ut prius; & unam repeteries ijs iunctas litteras arcani sermones indices. *Tuam Melantius, &c.*

Positis itaque intra suas cellulas tabellis, nouas tabellas producito, quæ reliqua clavis verba referant, & ex adiunctis numeris in reliquum arcanae scripturæ sensum peruenies. & hoc pacto operaberis, donec totum expediueris, & prodibit sensus illo arcani sermonis *Conspirauerunt, &c.* vt paulò ante posuimus.

Nota tamen si tot tibi tabellæ forent, quot siue in clavi, siue in toto contextu secreti sermonis litteræ erunt, tunc exemptas tabellas &c. eo ordine dispenses, ut initiales litteræ tabellarum, clavis litteras exprimant, quæ peracto si numerorum seriem in tabellis hinc inde dispersam in unam transuersam seriem collegeris, statim quoque totus arcanae scripturæ sen-

sensus, in litteris quæ numeris coniunguntur patet: quod iucundissimum est videre. Si vero akeram clauem Domine Iesu Christe, &c. quam Trithemius pro clavi ponit usus fueris, mutatisque clypeis tabellas in huius orationis contextum disposueris, & deinde numeros iuxta secreti sermonis tenorem in unam transuersam seriem coegeris, eadem per litteras numeris adiunctas scriptura secreta, id est Conspirauerunt in necem tuam, &c. emerget. hoc patet innumeros arcanos sensus, vel sub una clavis sententia obuelare poteris, & contra sub innumeris sensibus, sententijs, apophthegmatijs, epistolis de qua cumque re agentibus, vel unicum secretum facile reges, adeoque vere hic dici queat: Unum in omnibus, & omnia in uno esse; & ratio in promptu est; cum enim tot revolutiones tabellarum fieri possint, quot ex 24. litteris combinationes fieri possunt, aperte patet negotium hoc finem non habere: & patet ex hoc numero 25852016738884976640000. qui numerus refert com-

binationes litterarum 24. alphabeti, si nulla littera repetatur bis. Quid iam putabis de nostro artificio, ubi eundem litteræ saepius repetuntur? certè nulla sententia imaginabilis occurret in quacumque tandem lingua, quæ tabellarum ope non exhiberi queat: adeoque in hac exigua cistula, conclusæ litterarum combinationes, omnes totius mundi bibliothecas, quoad varietatem & multitudinem sensuum, conceptuumque longè superet.

C A P V T . Q V I N T V M .

*Quomodo huius artificij ope per epistolam quacumque lingua, quarum etiam im-
peritus est, & quas ne fama quidem percepit, quaspiam scribere posse, imo
quibuscumque peregrinis characteribus, uti Hebraicis, Gracis, Arabibus,
Syriacis, Armenicis, Ethiopicis, Sinaensibus, & quocumque tandem
alio characterum genere, ad occultos animi sensus alteri se-
gundos, nulla numerorum transmissione visi possit.*

MAGNUM hic arcum aperio, quod merito primum legentibus paradoxum videri possit: id tamen verum, immo facile esse paucis expono. quod & Trithemius innuit quidem polyg. fol. 104. hisce verbis: Possim autem ista omnia docere in omni lingua-
totius mundi, quam nunquam audiui. quamvis eterno silentio
clausum, illud tembris portus quam luctu, ut magna mala que in-
de, dicit, consequi possent concreendum censuerim. Neque tamen Lector fibi
persuadeat Trithemij verba sub formali, sed potius sub materiali quadam si-
gnificatione accipienda esse, quomodo enim quis linguam, quam nunquam au-
diuit, aut intelligere, aut scribere possit nemo est qui capere possit; neque id
sine miraculo fieri posse putem, utpote quod solis Sanctissimis Apostolis Spir-
itus Sancti munere concessum fuit. Quomodo vero id quod ante promisimus
fieri possit, aut quomodo Trithemius id fieri posse existimauerit, aperiatur. adeo-
que à Trithemio, ut hoc, ita omnia cetera quæ promisit paradoxa; æquioca-
tionibus inuoluta tusa Lectori constet.

Totum artificium in hoc consistit, ut quis epistolam aut discursum ex quo-
cumque libro, quacumque lingua impresso describat; positaque clavi & arca-
no sermone, numerorum quoque serie inuenta, iuxta easdem sermonis quo-
cumque lingua descripti, litteras certis figuris, sive punctis, sive virgulis distin-
guat. Quem discursum correspondens dum accipit, per litterarum virgulis

Y distin-

distinctarum numeros, tandem in arcana scripturaræ auctoriam venit: ut proinde hic nulla linguarum peritia opus sit: Sed sufficit, ut dixi, ut quipiam lingua quacumque descriptum, aut ex libro peregrinæ linguæ characteribusque composito, sermonem iuxta numerorum seriem distinguas. Sed exemplo id ostendisse sufficiat,

PARADIGMA;

Quo quipiam quocumque lingua arcani sermonis sensum obnubilare posse ducatur.

Sic clavis in principio epistolæ, seu discursus, *Carissime Theophilacte; secreti*

verò sermonis sic ut supra, Caus ab eo quem band possit, ut sequitur.

Clavis. C. a r i s f i m e T b. e o p h i l a c t i e. 21. litt.

Secret. Gra n u c a b . e e g . n . e m b a u d n a a . f t i . 21. litt.

Numeri qui 20.6. 5. 9. 3. 8. 6. 9. 12. 13. 10. 22. 9. 7. 16. 13. 24. 13. 14. 16. 8.

conveniuntur sunt.

Quomodo verò horum numerorum subsidio per dictum quantumcumque diversæ linguae discursu, arcanum detegere quodam, ostendam. Describatur ex libro quedam Italico, vel Gallico, Hispanico, Germanico, Hebreo, Arabico, Anglico, Belgico, Greco, perinde est, discursus quicunque, qui de quacumque materia indifferenti tractet, ut sequitur,

LATINA.

Carissime Theophilacte.

Plurimum scitò me tibi subirasci, qui nolueris mihi commodare librum tuum; equidem nescio quo meo in te merito id fiat: nunç verò cognoui, quantum mea causa facturus sis, cum negaueris mihi rem tam exiguum; verba tua & animus non videntur mihi bene consentire, si tu petijssem à me res maioris momenti, nihil ego negassem tibi. Verum profectò illud est, quod vulgo dicit consuetus probandos esse amicos, nequam his opus sit, nam in aduersitate probare serum est, mihi verò satis est animum spectasse tuum.

Budem modo puncta appones in reliquis linguis.

ITALICA.

Sappiate ch'io sono molto mal contento di voi, perciò che non havete voluto prestarmi il vostro libro. Non posso imaginare come lo habbi meritato di voi: hora ben m'auveggio che voi fareste poca per me, quando voi mi negate sì poca cosa. Le vostre parole & i vostri pensieri non si confano bene l'uno con l'altro: se voi m'hauesti richiesto cose di maggior importanza, non ve l'hauerci negato. E ben vero quel che si dice communemente, sempre conueniente prouar gl'amici, prima di hauerne bisogno, perché prouandoli nella necessità faria troppo tardi, onde mi basta d'haucrui prouato.

GALLO.

Sachez que ie suis fort mal content de vous, à cause que vous ne m'avez pas voulu prêter vostre livre. Je ne puis penser come ie l'ay d'esseruy envers vous: maintenant aperçoy ie bien que vous feriez bien peu pour moy, quand

grand me refusez si peu de choses . Vos paroles & pensées ne se ressemblent pas bien l' vne l'autre . Si vous m'eussiez requis choses de plus grande importance , ic ne les vous aurois point refusé . Il est bien vray ce qu'on dit communement . On doit tousiours esprouuer ses amys devant qu'on en aye affaire , car les esprouuer en la nécessité , ce seroit trop tard . Pourtant ce m'est assé de vous avoir esprouué .

HISPANICA.

SAued que yo estoí mal satisfecho de vos , por que no me aueis querido prestar vuestro libro . No puedo entender , como yo lo ayas merecido , aora veo bien que vos hariades muy poco por mi , pues me negais cosa tan poca . Vuestras palabras y pensamientos no se parecen bien el uno al otro : si vos mi vquierades pedido cosas de mayor importancia , yo no vheria reusado elacerlas . Es bien verdad lo que se dice comunemente ; siempre si deuen probar los amigos , antes que los ayamos menester , porque probarles en la necesidad , seria muy tarde . Por lo qual bastame auer os probado lo que tengo en vos .

GERMANICA.

Visset das ich nit wvolzufriden bin mit euch , das jhr abgeschlagen habt mir zu leyhen euvver buch ; furvvar ich xan nit gedenchen , vvie ich vmb euch solches verdient hab ; ietz aber merck ich , vvas jhr von meinet v wegen thun vvürdet , die vveil jhr mir versagt habt so ein klein ding . Euvver vvort vnd gemüt beduncken mich nit zu sammen stimmen , so jhr begert hettet von min fachen , daran viel mehr gelegen vvehr , ich vvolts ench uit versagt haben . Aber es ist vvahr , vvie das gemein sprich vvort ist , man soll probieren einen freundt , ehe man seiner bedarff ; dann in der nott probieren , ist zu spat . Es ist mir haber genug das ich euch probiert hab .

ANGLICA.

KNOW that I am very ill content vwith you because that you vwoulde not sende me your booke , I cannott imagine howv I haue deserued that of you ; novv I vwell perceave you vwill doe very little for me vwhen you deny me soe small a matter . Your vvords and thoughts doo mee agree vwell one vvitn another : if you had desired of me things of much greater importance : I vwoulde not haue refused them you . It is most true that men comonly say : One ought alvvayes to prooue his freindes before one haue need of them : for to prooue them in necessity , that vvere to late . Therfore it is enough for mee to haue proued you .

BELGICA.

VVect da ick ben seer qualiick te vteden teghen u , vyt oorfaire dat ghy my niet en hebt vwillen leenen uvven bocke . Ick en can nit peylen hoe ick t'uvvaerts dat verdient hebbe : nu mercke ick vvel , dat ghy soudt doen seer lutte voor my , als ghy my ontseght soo cleyne face . u vvorden ende ghedachten , en ghelycken niet vvel d'cene d'andere ; dat ghy my versocht hadde dingen van veel meerder importance ick en soudt

se vniet ghevveyghert hebben. Het is vvel vvaer dat men gemeynelieck seyt: Men behoort altoos sijn evrienden te proeuen: dat mense behoeft: Vwant die te proeuen in den noot, dat vvacr te spade: Daerom het is my ghenoech u beproeft te hebben.

G R E C A .

AΙΣΩΑΝΟΜΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΙΝΑΙ ΘΕΟΦΤΛΑΚΤΕ ΦΙΛΑΤΑΤΕ ΤΑΣ ΤΟΤΤΟΥ ΚΑΙΝΟ ΤΟΜΗΜΑΤΟΣ ΕΤΩΤΝΑ ΚΑΤΑΤΑΡΧΑΣ ΔΙΔΟΝΑΙ ΩΣ ΑΝΕΚΔΟΤΟΝ ΤΙ ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΝΟΥΣ ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑ ΕΡΓΟΛΑΒΗΣΑΣ ΕΜΑΥΤΩ ΜΕΝ ΣΥΝΟΙΔΑ ΜΕΙΖΩΝ ΤΙ ΜΕΤΑ ΧΕΙΡΗΣΛΑΜΕΝΩ; ΟΤ ΟΙΟΣ ΤΕ ΕΙΜΙ ΚΑΤΑΞΙΑΝ ΚΑΤΑΣΧΕΙΝ ΑΛΛΑ ΜΕΝ ΤΟΙ ΠΡΩΤΟΠΕΙΡΩ ΣΥΓΓΝΩΜΗ ΠΟΤΕΡΟΝ ΤΟΥ ΜΟΙ ΔΕΔΟΓΜΕΝΟΥ ΕΤΣΟΧΩΣ ΕΦΙΚΟΙΜΗΝ ΑΝ ΜΗ ΣΚΕΦΑΣΘΩΣΑΝ ΟΙ ΠΡΟΣ ΣΤΕΓΑΝΟΓΡΑΦΙΑΝ ΕΠΙΔΙΔΟΝΤΕΣ ΩΝΠΕΡ ΕΝΕΚΑ ΑΤΤΗ Η ΔΙΑΤΡΙΒΗ ΕΞΕΙΡΓΑΣΤΑΙ.

H E B R E A .

שמע דברי אדני לפ' מתי. כי מה יוציאו לאדם אם יקנח את כל הארץ ואת נפשו יונשאו מה יתנו אדם חליפת נפשו כי יש עתיד בר האדם לכוא בכבוד אביו את המלאכים ואת יש' לבן איש במעשה

A R A B I C A .

أسمع لو لا جهل الخاين لم يعرف لم يحي العقال بشدة خصمان يعترف الأهمق بالغضب من غير شيء وأكلامه يغير ذفع والبنقة في كل أحد وبدلته يغير موضع البطل وسالمة عن ما يضيق بهنانه مما يجري صريحه مني عدو قوي

Ecce hic II. epistolas diuersis linguis conscriptas exhibeo, ut ex ijs eam quam volueris ad specimen propolitæ artis ostendendum eligas. Huiusmodi epistolam, cùiuscumque tandem lingua assumes, ad manifestandum eius operarum sub eo latens. Pone ante te numeros paulo ante propositos 20. 1. 3. 9. &c. deinde incipe numerare litteras epistolæ à prima incipiendo ordine consequentes, iuxta numerum primum 20, id est 20. litteris numeratis, sub ultima imprimè punctum. deinde 8. à primo humera, & sub eo iterum imprimè punctum; rursus ab hoc, exclusue tamen, alias quinque litteras numera, & impresso punto, numera 9. alias, & punto impresso, procede ad alias ordine litteras epistolæ, iuxta numerorum scriem numerandas usque ad ultimum: quæ epistola suis signata punctis, transmittatur ad amicum, qui obseruata clavis Carissime Teophilaci tabellis in ordinem, iuxta clavis litteras dispositis, computabit litteras à principio transmissæ epistolæ, usque ad primum punctum, & invenient numerum 20. scorsim reponet. deinde numerando litteras epistolæ inuenient à punto ad punctum 8. litteras, quas pariter scorsim scribet. deinde computet ab hoc punto exclusue ad alterum, litteras inuenient à punto ad punctum quinque, quem separatim alijs coniungent: & sic progrediatur, usque dum

dum in epistola nullum amplius punctum occurrat, & hanc numerorum seriem reperiet 20, 1, 5, 9. &c.

Hanc itaque numerorum seriem in tabellis iuxta clavis litteras dispositis, in unam lineam transuersam adaptet, & litterae alphabeti litteris iunctæ una tibi secretæ scripturæ sensum manifestabunt, ut iam sèpe diximus; Atque hoc pacto cum unaquaque epistola cuiuscunq[ue] tandem lingua, ut ex singulorum punctuatione patet, procedes; si enim hasce epistolas ad diuersos dictarum linguarum peritos, eo quo diximus modo punctatas, transmiseris, omnes animi tui secretum sub ipsis absconditum cognoscent. si verò differentibus clavibus & sensibus secretis instruere velis correspondentem amicum quemcumque tandem, tum nemo secretum ad alium scriptum intelliget, sed unusquisque per appropriatam clavem, suum sibi communicatum secretum obtinebit.

Hinc patet omnem characterem imaginabilem, ut differentium alphabeticorum, planetarum, signorum, aspectuum, notarumque, quibus Chymici vntutur, similiusque characteres, huic arti nostræ aptari posse: cum iij siue ordine recto, siue obliquo, confusè vel temerè positi, nil aliud nisi punctuationem requirant. Habet itaque hoc loco mentem Trithemij, quomodo sub omni linguarum genere, quis occultos animi sui conceptus alteri manifestare queat. Quod arcanum uti hucusque à nemine intellectum fuit, ita nos primi in lucem id educendum duximus. Nęquę mihi succenseant rerum arcana possesse, quod multa in hoc opere arcana nonnisi magnatibus manifestauerim reseruanda: hosce scire velim hæc arcana ex se & sua natura talia esse, ut quamvis omnibus iam manifesta videantur: ita tamen ea usurpari posse, atque tali artificio tegi, ut innumeris simili modo ad inuicem scribentes, nemo tamen alius ad eorum secretum pertingere possit; & hoc solum ex alia aliaque clavis mutatione, quæ quamdiu cognita non fuerit, etiam si centum, ut Trithemius dicit, annos in eius inquisitione laborarent omnes docti & præcos periti, semper tamen irrito conatu ad secretum penetrandum se fatigarent.

CAP V T S E X T V M.

Quomodo & qui cista Steganographica carent, hoc artificio uti possint.



V M non omnes huiusmodi cista artificioſa instruoti sint; nec omnes necessarias in ea conſtruenda ac describenda expensas facere velint, hi poterunt solo tabulae Combinatoriae, ex qua tabella descriptæ fuerunt, beneficio omnes supradictas operationes perficere, et si non ea facilitate, quæ fit mobilium tabellarum ſubſidio. Verum ne quicquam huic negotio deesse videatur, rem paucissimis verbis expediam.

Sit itaque per clavem supradictam Gariffime Theophilatæ ſecretum Causa ab eo quem haud noſti. manifestandum: ſic tabulae combinatoriae beneficium in componenda, tum legenda epiftola procedes.

Primo. Quare in tabula Combinatoria, columnam C littera signatam, idest primam clavis litteram: deinde in eadem columna, quare primam litteram ſcripturæ, quæ pariter est C, numerum hunc iunctum 20. ſecundum pones. deinde procedes ad secundam litteram clavis A, quam in columnâ A signata reperies: & in ea iuxta A inuentum numerum 6. ſecundum pone. Tertiò in columnâ signata R quare numerum, qui litteræ V iungitur, videlicet 5. & hunc ſecundum pone ad reliquos. Quartò vide in columnâ signata I numerum, qui correfpondet B, quæ est quarta littera ſensus ſcreti, & inuentum numerum

rum 9. seorsim scribe. Et hoc pacto ex litteris clavium & arcane scripturæ, erues numeros uniuersos columnæ appropriatos. Atque hanc numerorum seriem 20.6.5.9.8.6.9.12.13.10.22.9.7.16.13.24.15.14.16.8.8. mittes ad amicum, hoc explorata clavi singulis litteris in appropriata columnæ repertis, veniet in notitiam sermonis secreti hoc pacto. In columnâ C quæretur numerus 20, & C iunctam ei litteram seorsim ponet. In columnâ A quæretur numerus 6, & littera A ei iuncta seorsim ponetur. In columnâ R quæretur numerus 5, & littera ei iuncta V seorsim ponetur. denique in columnâ I quæretur numerus 9, eique iuncta littera E seorsim ponetur. habebitque primam secretæ litteræ vocem CAVE, haud secus in reliquis procedet, donec totum latentis arcani mysterium detexerit. Sicuti itaque scripturus litteras per clavem simul & arcana scripturam numeros determinat arcani indices, ita lecturus per numeros transmissos, & clavis subsidio litterarum, litteras secretum conficientes serinonem colliger. Qui verò admirandam combinationem veritatem, quam per tabellarum mobilium transpositionem fit comperire desiderat, is voti sui per dictam Steganographico artificio constructam cistam compos fieri.

CAPUT SEPTIMVM.

Nouum innuentum, multo Trithemiano excellenter, quo quis per epistolæ doctè & eleganter in quacumque lingua scriptas, arcana mentis amico manifestare poserit.



I X I M V S in Syntagmate secundo quomodo quis litteras quavis lingua conscriptas Steganographiam confidere posset, quod & in hoc ultimo Syntagmate diuersa ratione fieri posse docuimus, restat ut iam aliud ex ytroque constitutum doceamus, quo quis sub qualibet lingua arcana mentis alteri, non per nomina synonyma iuxta naturalem paginarum sequelam disposita ad alphabeti litteras, vt in 2. syntagmate docuimus, sed per integras epistolæ discursusque de qualibet re assumptas, doctè & eleganter, etiamsi earum imperitus fuerit, manifestare possit: atque hoc pacto verificatur Trithemij promissum de instituendo quopiam linguarum quantumuis imperito, vt doctè & eleganter de qualibet re litteras componere, & compositas ad verbum explicare queat, semper tamen sub ijs arcum mentis conceptum explicans.

Quia tamen methodi dispositio, maius otium tempusque requirit, quam vt mihi alijs occupatissimo temporis angustiæ in effectum deducere permittant, id paucis tantum non tam docebo, quam indigitabo, & si cuiquam animus foret ad istud elucidandum, ex hisce ductricem lucem obtineret, ad id cum plena omnium satisfactione in publicum educendum. Sic res sese habet.

In II. syntagmate ordine describet primæ columnæ verba quotquot voluerit. v.g. nos hic posuimus 12. quasi synonyma de quacumque re proposita, ita tamen, vt epistolæ principium semper sit vnum ex 12. verbis. has in quinque linguas verti curerit; deinde procedat ad secundam columnam, præcedentiumque periodorum contextum aptè connectet secundæ columnæ periodis, itz ut quamcumque epistolarum seriem acceperit, epistola inoffenso pede decurrat, usque dum perfectum sonsum & elegantem exhibeat. In secunda vero columna semper pro initio periodi, totidem quot in prima ponantur synonyma, verba ordine. In tertia vero eolumna primo ponantur, vti in prima, & secunda denuo synonyma 12. quæ præcedentibus periodis aptè connectantur, ne sensus epistolæ perturbetur: & hoc pacto qualsvis columnas constituere poteris, quæ-

quæ epistolam quamvis , etiam loquissimam , veluti in diversa quædam membra disposita exhibentur , iquarum singulas epistolas in 4. supradictas linguis verti cures , critque auctoritatem absolutum . Quod si sub hac epistola cum coacceratione occultum animi sensum alicui aperiatur tuebis ; sic stage . ! Omnis prima periodorum verba sunt nomina ; ut in subiecta tabula patet , clavis omnino fudgentur . Iug . Abcepit clavis erit arcani conceptus sermonis sub his verbis : *Cave & Latore huic . &c.* hancenam in aliis non mutabat .

Scriptoriam vero proponam ita conficies . Exime exinde nostra steganographica & tabellas , sed videlicet & quæ clavis litteras habet , & deinde operare uti paulo ante caput . docuimus , iuxta numerorum occursum , punctando conceptam scriptamque epistolam , & numeri litterarum à puncto ad punctum dabunt tibi in tabellis latentes sensum . Vbi vero defecerint litteræ clavis , vel ad principium clavis redibis , ut proposi cap . 3. docuimus , vel cum sequentis columnæ clavi sermonem continuabis ; & sic de cæteris . Qui modus adeò secretus est , ut ab humano cum ingenio penetrari adynaton existimem ; accedit epistolæ de quacumque re tractantis nitor & elegantia , quâ mirum in modum arcanum obtégitur . Nihil dico amplius . sagax ingenium facile meam intentionem intelliget .

CONCLV SIO.

EX hisce patet quidquid Trithemius in sua Polygraphia , Blasius Vigenius in suo de Zephyris libro , Ioannes Baptista Porta de furtiis litterarum notis , cœterique de hac technologia opereissimè iuxta ac obscurissimè tradunt ; per vniuersalem hanc methodum nostram , quæ omnia aliorum circa hoc negotium inuenta anacephaleoticos comprehendit , iucunda , facili , ynaque modis insolubilibus intricata arte & industria doceri . Vnde omnes illos modos obuios , qui per orchymata & metathecata alphabetorum , peregrinorumque characterum ad alphabeti normam dispositorum expediuntur , dum per quadrangula binis , ternis , quaternis litteris ad steganographiam vtuntur , omittendos duxi , cum quidquid argani ipsa huius doctrina terminos continetur , id multiplici methodo , & infinitis prope modis , nostra hæc steganographia doceat . Nullam quoque hic mentiogem facere libuit artis , quæ Skytalarum , Bractearum perforatarum , circulorum , cœterarumque figurarum geometricarum , animalium quoque & vegetabilium ope , sine illa suspicio labe occultos animi tui conceptus alteri mira industria manifestare queas . Qui vero dicunt pluribus multò hoc nostro articulo facilitioribus expeditionibus que modis se uti posse , dum quælibet epistola quævis lingua conscripta , alicui mentem suam manifestare , sine tanta rerum combinatione se posse putant , illi vel ipsa sua praxi convincuntur . Hoc autem pacto operantur .

Epistolam quælibet de quacumque re , & negotio qualicumque tandem lingua conflabunt , ea tamen lege & proportione correspondente inito , ut semper secunda , vel tertia , vel ultima littera in unoquoque vocabulo ad sensum steganographicum formandum spectet . Exempli gratia : si sub sequenti verborum conceptu hæc verba insinuanda sint , FVR EST , ET LATRO : epistola sic stabit .

Affectus tuus erga me est stabilis , tener , studio plenus , satagam ut tribuam Roma tibi parcm . Si vero arcani sensus litteræ maiusculis scribantur : sic stabit epistola .

affectus tUus rRga mE eSt sTabilis , tEner , sTudio pLenus , sAtagam vT sTribuam rOma tibi parcm .

Qui-

Quicumque huius praxis experimentum fecerit, is forsitan maiorem difficultatem reperiet, quam quis credere possit; est enim praxis plena tedium, & labor in epistola huiusmodi componenda non minor est illo, quo Aerostychi-dum versus elaborantur, cum saepe in una littera verbo ritè accommodanda, plus temporis quam in integra epistola nostra methodo conscribenda consumatur; accedit quod nihil facilius sit quam arcanum huiusmodi, vel prima fronte, detegere. Sed calamus iam tandem sistendum duxi, interim, Lector benevoli, Polygraphia noua iam dudum orbi litterario promissa fruere. Vale,
 Deumque Opt. Max. ora, ut quæ in ampliori recessu diuini numinis gratia recondita tenet Author, integræ sanitatem, bono publica ad Diuini Nominis Gloriam, qui unicus studiorum ejus scopus est, producere valcat.

Ad Maiorem Dei Omnia, Virginisque Matris MARIAE
 gloriam.



APPENDIX APOLOGETICA

Ad Polygraphiam nouam.

In qua Cryptologia Trithemiana discutitur, & Arcana paradoxa à Trithemio proposita, ad veritatem examinata, partim approbantur, partim tanquam superstitione confotantur.

DISQUISITIO PRIMA.



LIVD apud Trithemium est Steganographia, aliud Cryptologia, illa multiplicem arcane scribendi methodum, hæc ad absentes etiam occulte & arcane loquendi modum docet. Et Steganographiam quidem in secundo, & tertio Syntagmate tradidimus; restat Cryptologia eius explicanda, in qua ea promittit, quæ uti paradoxa & incredibilia omnibus vília sunt, ita quoque maximè Principum, quorum plurimum interest, talia arcana nosse, excitauit orexim.

Quos fater fuit Serenissimus Augustus Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, eximius artium & scientiarum cultor; qui præter lapsus annio integrum fere catalogum eorum, quæ Trithemius in sua Polygraphia mundo se communicatum olim pollicitus fuerat transmisit, ut quomodo verba eius intelligi possint; & an vera, reæti, & artificiosa methodo in praxim reduci, meam tenuitatem personæ litterarum sane humanissimis consulere non est designatus, cui & hoc ea qua pars est sinceritate & candore, literatissimo quippe Principi satisfieri debere existimat.

Verum antequam telam ordiar, prius ipsa Trithemij verba, Polyg. suæ pag. 100, & sequentibus proposita adducam, ut ex ipsis quid propriè per sua paradoxa intellexeris Trithemius, & quomodo ea in executionem reduci posse existimat, adducam. Ut tandem per rigidum verborum examen adeo ab omnibus curiosis ambita tandem pollicitationis Trithemianæ veritas innoscatur. Sic autem loquitur.

In manibus (inquit) iam habeo grande opus, quod si unquam fuerit publicatum, quod absit, tosas mandus mirabitur, cuius primi Libri titulus est, Steganographia. Erans autem quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulo distinguetur. Incepit hoc opus ad instantiam virtutis magis Principis, quem nominare non opus est. Queris quid hoc opus docet? Maxima docet, omnibusque nescientibus stupenda & incredibilia, quæ à saeculo nunquam sunt audita. Primus enim liber continet plus quam centum modos occulte scribendi quidquid velis sine omni suspicione, sine litterarum transpositione, sine omni timore, ita ut non sit homo in mundo, qui naturali industria scire, vel suspicari quidem possit, quid in meis litteris continetur, prater eum qui artem novit, ex me, vel ex eo quem ego docero. Verba sunt plana, & familiaria, omni suspicione carentia, sed intentionem meam nemo sine arte percipere poserit in alterum, quantumcumque sit doctus, & est res verè stupenda. Secundus liber multo mirabiliora continet, per ignem videlicet in hac arte possum mentis mea conceptum notum facere artem meam scienti ad quantamcumque distantiam ad centum milliaria, vel plura secare, sine verbis, fine

A

fine

Inaudita quæ
Trithemius
pollicetur
mundo.

Primus liber
Steganogra-
phiz.

Secundus li-
ber.

APPENDIX

sine scriptis, sine signis per quemcumque nuncium, quisi comprehebens in via fuerit, si interrogatus etiam per commercia dumissima, nihil potest faceri de nuncio meo, quod nibil sit penitus constat de illo, quidquid ocurrat, nuncium meum semper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, si simul essent congregati, possent illud vulgariter viribus naturali. Quod etiam factus sedis nuncium dum volo, possum voluntatem quoque meam indicare possum fedens in carcere circem scienti, etiam longe absens, quantumcumque custodiatur, etiam si tribus milliari bus sub terra federemur. Et hec omnia diligenter plato agit, quando & quotiescumque volvendo possum naturaliter sine aliqua superstitione, vel adiutorio spirituum quorumcumque. Mira sunt, fateor, sed audi mirabilia. Tertius liber docet artem per quam possum hominem ratiocinari, scirentem tantum lingua maternam, qui annquam non sit verbum latissim sermone, in dubius hotus doceat scribere, legere & intelligere latissim sermone ut diceret quaeviscumque voluerit, ita ut quicumque viderint eius litteras, laudent verba, intelligent latine composita. Quartus liber continet multa superpenda experimenta sed pure naturalia, mentem videlicet meam indicare possum scienti artem meam inserendam, ut sedadum, id est alia sine verbis, sine matribus quam latissime volvendo, etiam inter laqueandum, praedicandum, laudandum in organe, vel canendum sive impeditim actionis alterius coinficienes ita ut praddicando bona & sancta indicem, non turbasti non cognitis non miseras, cursumque scientie beatissime quidquid volveret, etiam alia a deo alicuius. Quarto liber curiositas arama, qua non sicut in publicum proficeret. Mirantur huius ammirari, qui sentimus, & quibus multis sumus tunc nobiles, aliqui dictissimi existimantes ipsa arte esse impossibilita, aut penitus supernaturalia. Hinc ergo istaque respondet, quod malas respondit, multa naturaliter esse possibilia, qua necessariis viris natura, impossibilia, vel secundum personarum alia videntur. Et ecce coram Deo meo loquar, qui amaria natus, quod ea quae predixi miranda, mundo sunt excellentia & magnitudo, quam ego scriberem, aut tu credere possis, ex tamen omnia sunt pars naturalia, sine conceptione aliqua, sine superstitione, sine magica arte, sine iuricatione seu ministerio quantumcumque spirituum. Has ideo dicemus, ut si forte iniquitudo rumor ad te pervenerit, mox sciens, aut posse miranda, non me magum deo existimans, sed philosophum. Nam quod Alberto Magno profundissimo rerum naturalium scrutatorum consigilii, ut proprius miraculus, qua pacula vidente operatus est, magna & vulgo sit habitus, nihil sibi certus, similiter contingere posse. Si quaria unde mihi ipsa que nemo altius natus dandi. Non ab humile, neque per hominem ista didici, sed per revelationem nescio cuius, cum enim presenti anno quodam vice regissem, quid noui possem innentire, quod omnes lacret, cepi cogitare si ea possem evadere, que dixi miranda. Cum post longam phantasiam, tanquam de re impossibili panitas desperarem, dormitum eo, me nocte repofisi, fassitatem meam ipse mecum doridens, quam impossibilia querere tentaverim. Eadem nocte mihi apicit quidam, dicens: uox sancti uoca, o Trithem, qua cogitaste, quamquam tibi sunt impossibilia, qua nec tu, nec alias secum poteris trahere: Dixique ad eum: si ergo impossibilia sunt, dic abscondi quomodo sunt. Et aperiens os suum, de singulis per ordinem me docet, ostendens quomoda sunt, que malis diebus frustra cogitarem, de facili posse. Ecce coram Deo quia non mensuram, sed veritatem dico, nonne ista artus docet, quamvis malis promiscuas magna, sape regari, prater unum principem cuiuslibet, quod de possibilitate artis manifesta argumento fructu certiorum, nos decet ista alios facere, quam principis, ab quo in multa per ea fierem, mala, tradidit, deceptio, fornicatio, ex alia quocumque vellere homines malit. Sed bene uenies arte mala per eam bona reipublica facere posse, possumus ansem ista omnia docere in omni lingua totius mundi: quamnam audiri. Haec tibi Rossi properea significare volui, ne mortuores octosum.

Reuelatio
facta Triche-
mio.

qui noui possem innentire, quod omnes lacret, cepi cogitare si ea possem evadere, que dixi miranda. Cum post longam phantasiam, tanquam de re impossibili panitas desperarem, dormitum eo, me nocte repofisi, fassitatem meam ipse mecum doridens, quam impossibilia querere tentaverim. Eadem nocte mihi apicit quidam, dicens: uox sancti uoca, o Trithem, qua cogitaste, quamquam tibi sunt impossibilia, qua nec tu, nec alias secum poteris trahere: Dixique ad eum: si ergo impossibilia sunt, dic abscondi quomodo sunt. Et aperiens os suum, de singulis per ordinem me docet, ostendens quomoda sunt, que malis diebus frustra cogitarem, de facili posse. Ecce coram Deo quia non mensuram, sed veritatem dico, nonne ista artus docet, quamvis malis promiscuas magna, sape regari, prater unum principem cuiuslibet, quod de possibilitate artis manifesta argumento fructu certiorum, nos decet ista alios facere, quam principis, ab quo in multa per ea fierem, mala, tradidit, deceptio, fornicatio, ex alia quocumque vellere homines malit. Sed bene uenies arte mala per eam bona reipublica facere posse, possumus ansem ista omnia docere in omni lingua totius mundi: quamnam audiri. Haec tibi Rossi properea significare volui, ne mortuores octosum.

Opus

Opus hoc Steganographicum nūquā lucem vidisse, sed mentē aperte Steganographicum conceptum fuisse, vel ex verbis Trithemij luce mesidianā clarioribus patet. In manib[us], i[us]t[is] p[ro]m[iss]a mānib[us] iam habeo opus grande, id est circa cl[er]icū compositionem in qua iam tota mea desudat industria. Quia si nūquam publicatum fuerit, quod absit, vobis dum de fratre loquar et illud neque compositum adhuc, nec ad lucem destinatum fuisse aperte verbis, quod absit, demonstrare. Pergit etiam ad operis dispositionem, s[ecundu]m antea libris, quibus ad minus 100. capitulo distingueatur, quæ verba dum de futura loquitur, librum mente tantummodo conceptum fuisse luculentex docent. Quemq[ue] hoc opus docet? maxima docet, omnibusq[ue] nescientibus stupenda, & incredibilis, Steganographicum que à seculo non sunt audita, recte dicit nescientibus stupenda de incredibiliā, cum aliud sit prægrandia promittere, aliud vero ita promissa fide habere dicit, ipso effectu demonstrare, sed plerumque accidit, ut aferant, quæ adeo rūmis verborum ampullis, tot magnisq[ue] laudum titulis, in cœlum usque extolluntur, mox ubi soluto corticis involucro luci patuerint, tentum abest, ut quæ præhabito conceptui satisfaciant, ut potius veluti ridicula, & puerilia contempnū habeantur. Talia mihi videantur, hic promissa, vel ipso Trithemio at testante Polyg. fol. 604. puerilia, inquit, sunt ista, fateor, cum unusquisque pro sua capite & arbitrio p[ro]lata venustiora possit configere, quam nos in volumine confignavimus, & paulo post, pudebit nos olim veremor, hisce nanyi intendisse, apimum, usq[ue] intermissis, si itaque puerilia se scriptissime afferat, quomodo ea prægrandia, incredibilia, & à seculo non auditā dicere audeat, capere nequeo. Pergit deinde ad primum Steganographiæ librum, de quo ita scribit.

Primus liber continet plusquam 100. modos occulte scribendi quidquid velis sine omni suspicione, sine litterarum transpositione, sine omni timore, ita ut non sis homini in mundo, qui naturali industria scire, uel suspicari quidem possit, quid in meis libris continetur, præter eum, qui artem novit ex me, vel ex eo quem ego docero, verba sunt plana, & familiaria omni suspicione carentia, sed intentiones meam nemo sine arte percipere poterit in ascensu, quantumcumque sit doctus, & est res vere stupenda. Quæ dixit Trithemius, non absonta sunt à communi Steganographorum artificio, eorumque non extremam partem iam in Polygraphia sua mundo exhibuit, quæ tamen utrum verbis eius hic inducis scièt respondeant, videat Lector.

Hisce itaque relictis, iam ad secundi libri paradoxā progreditur, quæ uti à nemine huc usque capta sunt, ita eadem ad incudem reducta à rubigine paulo rigidius descobinanda rati sumus. Sic itaque loquitur Trithemius. Secundus liber multo mirabiliora continet, per ignem videlicet in hac arte possum mentis mea conceptum vorum facere artem meam scient ad quantamcumque distantiam, ad 100. millaria, vel plura securè, sine verbis scriptis, sine signis, per quemcumque nuncium, qui si comprehensus in via fuerit, si interrogatus etiam per tormenta durissima, nihil posset scire de nuncio meo, quia nihil sibi penitus constat de eo, quidquid occurrat, nuncium meum semper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, si simul essent congregati, posse illud investigare virtute naturali; quod etiam sine nuncio facere, dum volo, possum. Multa in hoc verborum contextu reperiuntur prorsus contradictiones. Primo per ignem sine signis absenti ad quantamcumque distantiam, etiam ad 100. millaria & amplius se arcana mentis suæ nunciaturum pollicetur. Quero itaque si per ignem, quomodo sine signo; cum vel ipse ignis, si quidem ita per ignem promittit ad aliquid indicandum, necessarius sit: ut enim sine signo, & per signum, ignem scilicet sibi contradicere videtur: ita quoque, quod Trithemius iactitat, per ignem sine signo in Polygraphia subsistere non posset; posse quidem per ignem aliquid significari absenti, sine scriptis & libris, hoc capio sed sine signis, quæ litteris, & scriptis æquivaleant, id praestare posse neminem.

Quomodo per
ignem artem
exerceat,

vel primis Philosophia clementis imbutum concessum existim. Quidam
modum voces sunt interni animi signa, sine quibus nemo alterum intelligere
possit, nisi vocis distinctus, auribus, gestibus, varioque oculorum, manus,
digitorum, brachiorum, pedumque motu, interna triplex conceptum manife-
stum faciat; quae quidem nil aliud, quam latentis conceptus quedam veluti
Contradictio. figura sunt: ita quoque sine signo, per signum tamen aliquid indicare tam ab-
sonum est, quam absolum esset per statuam mutam a liquid significare velle.
Neque opus est hoc loco occultam naturam vim pretendere, quae multa, ut
alunt, in se continet, quae intellectu humano capi non possunt. Multa sub oc-
culto naturae sive latere fateor, verum cum ex rationi minimè repugnent, hinc
solam id habetur intellectus quod non capit sensuum experientia conuicetus.
At ut contradictionis in eodem subiecto fidem adhibeat, nec ratio naturalis,
cuius conatur sint, neque bona philosophia id persuadere unquam poterit.
Latet itaque in hac prima predicationis Trithemianæ inconsiderata quedam
assertio. Eiusdem fascinæ sunt, quæ in rebus sequuntur, per quemcumque humi-
cam, qui se comprehensur fuere, &c. Si enim per ignem, quomodo per nuncium
aut tabellarium, cum manifestationes per ignem factæ nuncib' opus non ha-
beant: Si vero de igne virtuali, invisibili, certis liquoribus inexistenti, quibus
litteris scribuntur, sine villa carum apparentia loquuntur, fieri id posse facile, ut
postea patet, & concessum.

Neminam itaque tam credulæ mentis esse putem, qui Trithemium hæc &
similia præstare posse puererit, sed inconsiderata quadam ratione scribendi,
dicta confidisse: se sumque potius hunc esse voluisse, per ignem videlicet, in
hæc arte possum meum conceptum nostrum facere artem meam scienti
ad quæcumque distantiam, etiam 100. milliarium, sine verbis & scriptis, atque
hoc pacto bene dicit, adeoque voces hæc, sive Agnis, ad alium quempiam mo-
dum; quo litteris tantum steganographicè adnotatis, sine signo externo per
aerem transmisso, nonnulla significantur, referri debeant: & hoc pacto Trithemij
verba verius intelligenda esse putem. Quomodo itaque per ignem ad
quæcumque distantiam animi nostri conceperus manifestari possint, paucis
explicationibus.

PRAGMATIA PRIMA.

*Quomodo iuxta Trithemium per ignem ad quæcumque distantiam
aliquid significari possit?*

PE ignem aliquid significare, ut non vniuersale secretum est
omni tempore opportunum, ita quoque non nisi noctu seruire
potest, quemadmodum fumo interdiu, aut linteis coeterisque
rebus fulgentibus manifestare solent Cryptologi. Non necesse
erat Trithemium tam postpositis verborum ampullis iactare se-
cretum id, quod iam quotidiana ferè consuetudine vñuit. Quis
nescit istiusmodi arcantium Trithemij adeo manifestum & visitatum esse, vt
Sicilia quo-
modi per
ignem man-
festetur ad
insulam negotia. vel ipsi pueris patet. Exemplum nobis præbet Sicilia, cuius speculæ mariti-
mæ ita data opera circa vniuersam Insulam dispositæ sunt, vt semper ex una
altera conspici posse. Vnde cum hostilis Turcarum manus littus aliquod in-
festaret, vigilis successa flamma noctu, interdiu vero pīris pulueris fumo ad-
monens vicinas utrimque speculas, hæc alia flammæ vel fumi exhibitione alias
& alias, & hæc turpis alias & alias admoneat ea industria, vt intra paucas ho-
ras, non dicam ad 100. sed ad 400. milliaria, quid circa littus agatur, signifi-
cate queant. quæ vñ plerumque in Promontorijs, altioribusque montium api-
cibus extructæ sunt, ita quoque incolæ mediterranei mox vbi flammam vide-
rint,

rint, iam de hostis vicini adueatu ex constituto pacto se moneri intelligunt. Vnde armata manu, eo quā signum patet, ad hostis violentiam propulsandam mox fese conferunt. Estque nobilissimum inuentum, & ad repentinorum hostium impulsus proligandos mirè opportunum.

Quod sicuti igne præstare, ad Melitenses vexillis Acropoli impositis significare solent. Expressimus modum quendam vniuersalem, quo per ignem in remotissima spacia quidpiam significari possit: iam verò quomodo hæc res ad particulares quoque usus applicetur, offendendum est, utrum & quomodo nempe integer aliquis conceptus ad quamcumque distantiam per ignem sumum noctu interdiuque transmitti possit. Conceptus in difficultum locum transmittendas duplicitate hoc loco sumi potest, vel sub vniuersali quadam forma per alphabetti litteras signis applicandas expedienda, vel modo valde contracto & particulari. Ille qui per signa ignis aut sumi alphabeti litteris adaptata perficitur, uti operosior est, ita quoque ob erroris in operando periculum, summas difficultates habet. Hic verò non difficulti negotio in proxim ad quamcumque distantiam si operatio recte instituatur, confici potest: me explico.

Ratio ope-
randi per
ignem.

Quanto mortalium animos curiositas tenet cognoscendi quidpiam certò de morte, de nativitate, sexusque conditione, de electione noui alicuius Pontificis, aut Cæsaris, Regisue, aut cuiusdam tandem potentis, & magni nominis Principis, nemo est qui ignorat; quantum vicinorum principum ob politias rationes ipsi cognitas, desiderium sit familia cognoscendi, quoridam fere experientia docet. De hisce itaque priuaris casibus facile ad quamcumque distantiam, uti recte Trithemius pollicetur, aliquid noctu, vel per ignem, interdiu verò per summum exiguo temporis spacio, transmitti posse non negauerim. Hoc autem paulo ante insinuato. Sicutis visitato modo, nullo tamen alio, perfici posset. V.g. si Neapolim quidlibet horum Romæ transmittendum foret, hoc pacto procedendum esset. Seligendi quatuor, aut quinque montes, sive Promontoria, ex quorum vertice vnum alterum respicere posset, Neapolim usque noui denunciandi terminum; deinde vigiles determinandi signorum per ignem summum edendorum notitia prius probè instructi: Postea ingruente, aut morte, vel nativitate, vel electione alicuius Principis dictos vigiles paratos esse oportet. Si de morte alicuius Principis significare volueris, vna id excitata flamma ex condito signum assumi poslit. Si ex nativitate, dubius flammis, vel simul, vel consecutione excitatis; si de electione alicuius principis noua danda, id trium flammarum exhibitione notificari posset. De nomine vero electi principis, ut constaret, maiori industria opus foret, possetque fieri eo profus ingenio, quod in Arte magnetica fol. 287. nouæ editionis proposuimus, vide licet per compendiosam quandam alphabeti dispositionem, qua pro numero singulis litteris adscripto flammæ excitari deberent, ad nomen electi Principis indicandum: atque hoc pacto quoque de quamcumque renuntia, ad quamcumque distantiam, uti Trithemius existimat, sine nuncio, sine litteris & scriptis transmandari possent. Quæ quidem quoad Theoriam facilia facta videntur, sed in præxi tot tantisque erroribus exposita sunt, ut vix desideratum effectum sortiri posse videantur, tum propter imperitiam operantium, tum propter temporis momentique, cui in singulis locis distributi Cryptologi in vigilare debent, incertitudinem; atque hoc ita esse propria experientia doctus affero: dum enim non nisi ad quatuor milliaria cum altero quopiam correspondentे, hanc Cryptogrammam olim exercuisse, maiorem sanè in ea difficultatem, quam quis credere posset expertus fui. Vnde audacter affero Trithemium mutuam per ignem huiusmodi experimentum sumpsisse: sed similia tantum per inaniam phantasmatum simulacra sibi in mente effinxisse. Hanc tamen Cryptogrammam si expensæ Principum accederent in actum deduci posse non impossibile esse puto. Si enī recte signorum per ignem exhibitio expediretur, dico medius horæ

Modus ope-
randi.

Cryptologia
per ignem
difficilis est,

Quomodo
circa terrarū
orbem cry-
ptologia exer-
ceri queat.

horæ spacio Roma Neapolim qualemcumque tandem nouum transmitti posse.
Imo si circa totum terrarum orbem talis locorum distributio fieret in 35; assum-
ptis montibus, quorum unusquisque ab altero non nisi 20. milliaribus Germanicis distaret, dico non nisi duorum dies, & 19. horarum spacio noui expediti posse; Qui verò ob exiguum spaciū, ut in obsidionibus per accensas facies Cryptologiam perficere volunt, facilius negotium expedient. Modum, fuse tradidit Ioannes Baptista Porta, lib. de furtiis litterarum notis cap. 10. fol. 39. eoque veteres Romanos vsos esse Diodorus Siculus, Polybius aliquę tradidit, ad quos Lectorem remitto.

Atque hæc sufficiant ad indicandum modum, quo Trithemius per ignem ad quantamlibet distantiam conceptus suos sine litteris & scriptis transmittere posse putauerit, quia tamen nonnullis Philosophastis non placet, hic alio modo ignem hunc intelligi debere existimat.

Vtrum quis
in disco lunari
quidpiam in-
scribere pos-
sit.

Cornelius Agrippa, Paracelsus & Bacon putant Trithemium per ignem, quo adeo admirando modo secreta sua communicare posset ad quantamlibet distantiam, non ignem nostrum, sed Lucem Lunarem intellectissimam, cum non defuerint, qui novo & inaudito, sed ridiculo prorsus & stolido conatu species litterarum, animique conceptus in Lunati disco per Catoptricam reflexionem legendas exhibere se posse & credere, & alijs omnibus modis persuadere non sint verecundati; atque hanc artem calluisse Trithemium aivunt; & ne quid stolidæ præsumptionis desit, formam rationemque speculi describunt, modum tamen operandi, ne ipsos tantæ ridiculæ machinationis puderet, consulto reticuisse videntur. Et quod oppido miror, huic tam insulso machinamento fidem adhibere voluisse ceteroquin haud ignobilem philosophum Joannem Baptistam Portam, qui inter cetera arcana Magiae naturalis speculum hocce selenographum hisce verbis describit: Speculum non sis chalibium, sed usi-
trum, solidatis digitalis, flaneca bractea sit ex antimonio repurgata & plum-
bo, qualia in Germania fieri solent. Fiat forma ex argilla, utrumque visariorum
formac liquefacat, ut formam introducas, quidque sapientia est tot ad speculum
formandum requisitis, cum speculum simplex idem praestare queat, quod illud
tanto studio descriptum? quis non videt omnem hanc dispositionem, non ad
usum aliquem, sed ad incompta ab ipso arcana mystico quodam apparatu ob-
uclanda thrafonica affectatione factam fuisse. Sed audiamus iam porro de
huius speculi mysterijs disurrentem: Hoc si quis artificio magnis & mirabilibus
rebus usi poterimus, & præcipue ad litteras in disco luna describendas; quacum-
que enim in hoc speculo exarauerimus, plerumque litteras longissime missere, &
qua in infinitum diximus, facile usque ad Lunam missentur, præcipue si suo lumi-
ne adiunetur. Subscriptit huic Cornelius Agrippa in suo de occulta philosophia
opere, flamnis quam luce digniori: Si litteras, inquit, parabolico speculo in-
scriptas, idque tempore plenilunij Luna exposueris, ea littera con in usque quodam
speculo impressa reflexaque, ubilibet locorum legi poscentur. Ita Pythagoram
ainne, dum Hydrunti moraretur, litteras Luna inscriptas Constantinopolis amicis
legendas dedisse. O impudens mendacium! quis nescit Tempore Pythagoras,
sive sub initijs Romæ conditæ quo Pythagoras viuebat, Constantinopolim in-
rerum natura necdum fuisse. Legat quicumque volet, & nil horum in vita
Pythagoræ reperiet, ad stabilendam imposturam, speculum parabolicum ad
Artis usum assumit, cum tamen quid parabolicum speculum sit non intellexe-
rit; cum tantum abest, ut parabolicum speculum ad enormem distantiam paral-
lelis radijs lucis species transmittere possit, ut potius, vel ad minimum inter-
wallum pro ratione soci caustici distantis, omnes radij reflexi in unum veluti
centrum conuantur: ut maioremne in huiusmodi hominum in afferendis re-
bus, quas nesciunt audaciam, aut in fingendis rebus audacissimam impudentiam
dicere ausim, ignorem. Quomodo enim litteræ speculo inscriptæ, quæ ne ad 15.
passus

Speculum
Iohannis Ba-
ptiste Portæ.

Speculum
phantasticum.

Nuges Cor-
nelij Agrip-
pa.

A P O L O G E T I C A .

passus manifestari possint in Lunari disco ad interuum 5 2. semidiametrorum terra à nobis disto exhibentur, quis credet. Sed hæc uti indigna sunt quæ à Philosopho refutentur, ita puerorum maiori iure exhibenda relinquantur. Horum forsan persuasione inductus non ita pridem Author, cuius famæ parco, qui oculis tubo optico armatis, ceterò oculos equitem in disco Lunæ, & in Sole ratiōnē expensis velis coeterisque apparatu nautico instrutus de observatione asserere vultus est; quo dicit vix potest, quantum se apud sententes philosophos ridiculos, ne dicam sciolidum exhibuerit. Edita quoque non ita pridem noua Philosophia, cuius authoris noīgen dæc opera silentio suppeditans, quibusc sententiae tamquam mirum in atodum plausibili subscimberet non veretur, ut yet fatus mirari non possim hasce magnificissimas opiniones in scholas paulatim irreperere, immo scholastica philosophia dedito viro, qui ceteroquin tanto rigore absonas sententias insectantur, hanc omnium vanissimam, supersticiosissimam, mendacissimamque amplexari non verecundatos finisse. Sic enim ait de Trithe-
mio loquens: *Est & alind prestigium admirandum: Nam si quis nocte serena
pleno Latere & dīgīs aliquam imaginem aut litteras scribras, valique artificio appo-
nam, eas tēgero poterit quipiam rei conscientia, & idque à quolibet spacio, sicut ad crī-
sis in nōrō multiplicata surfaciā rapies; & una cum Luna radis ad terram reflexis.*
Quod etiam inaudiu fieri posse, ad quem species reflectuntur, rur in Echo patet;
*adde ut possit quis etiam remotissimus audire & intelligere quid aliis susurreat in
occulto. Vnde bene concludit Trithemius naturaliter esse possibile, & sine superfi-
cie, anilla alio modiante spiritus hominem homini ad quamcumque tangentissimam
etiam in cognitam distantiam brevissimo tempore vinciare mentis sine conceptum;*
*ergo illud tempus non possit precise mensurari, id tamen intra 24. horas fieri na-
tive esse. Si itaque hæc steganographiā lunaris lucis beneficio, Trithemius artis
sue arcana vñciari posse praetulit, inter nugaces Philosophos, & funae-
cōs superstitionum magistros annumerandum ducimus, dignum qui non à Phi-
losophis, sed à deliris mulierculis confutetur: quod à Religioso viro tam in-
digna, & absona sensile, absit.*

Eques in
Luna phanta-
sticus.

Trithemio
adscribitur
opinio de scri-
bendo noīni-
hil in disco
lunari.

Sunt verò alij Trithemij sequaces, qui ne magistro meritissimo viro tan-
tam infamiam inuri patentur, aiunt, per ignem suum Catoptricas reflexio-
nes intellexisse; quod si ita est, à veritate non malum abluisti, sed non in eam
inquit ipse fieri posse putauit indeterminatam quantatlibet distantiam.
Quomodo autem hoc artificium fieri possit, & quonodo per speculum Sole-
illuminatum, non ad quamlibet, sed proportionant distantiam integræ litteræ,
inter abditos alicuius coelanius muros transmitti possint, nos in Arte Lucis, &
Umbra lib. 10. fol. 910. & seq. fuit descriptus, magnō sanè successu, & praxi
frequenter à multis iam in effectum deducta, necnon illud, quando volu-
nitus Musai nostri spectatoribus exhibere solemus, ad quam Lectorem remitti-
mus, ubi & fabulam de litteris in lunari disco inscribendis, varijs multiformi-
demonstrationibus confutavimus.

Vtrum Tri-
themius per
catopticas
refleximus o-
peratus sit.

DIS QVISITIO SECUNDA.



VPER illa verba Trithemij: *possum etiam mentis conceptum ex-
tem scienti manifestare per ignem ad quamcumque distantiam
sine verbis, sine scriptis, sine signis, per quoniamque mentem,*
*qui si comprehensas fuerit in via, si interrogatus etiam per tor-
menta durissima, nil posset fieri de nunclo meo, quia nūc sibi pe-
nitius confitas de illo, quidquid occurret, nūciam mentem semper*
*mancabit occultum, nec omnes totius mundi homines, si sunt offens congregari, pos-
sent illud vestigare virtute naturali. Quod etiam facere, dum vela i possunt*
*sine nōtio, voluntatem quoque meam indicare possum sedenti in carcere ar-
tem*

Trithemius
quomodo in-
telligentus si-
ne litteris, scri-
ptis, signis, nn-
tibus, mentem
suam alteri
manifestare.

tum meam scientie, etiam longe absent, quantumcumque custodiatur. Etiam si tria
huius miliaribus sub terra sederes. Et haec omnia latissime & universaliter, quan-
do & quiescamque iuulnero, possum naturaliter, sine aliqua suspicione, vel spie-
rituum quorūcumque, unde nō possim sentire, quoniam non sentio.

Hæc sunt verba, quibus Trithemius arcet suam nimis verborum pot-
pis, describit, quæ tamen si recte intelligantur, & soluto nucis cortice ritè exar-
minentur, nil procul iutus, nisi putridam ac venumdosam substantiam reperiēt.

Parriciale mones; nescitur ridiculus mus. Tria potissimum in hocce verbo-
rum contextu reperiuntur, quæ uti amphibologicis verbis referta sunt, ita exadæ
quoque interpretatione indigent. Primum est de Nuncio. Secundum est de
conceptus manifestando sedenti infra terram tribus etiam miliaribus. Tertium
est modus quidam uniuersalis & Cryptologicus, quo nihil nisi se signo harusum
pollicetur.

Ad Nuncium quod attinet, id vel de nunciente, vel de conceptu nuncien-
do intelligi potest: ut vel hinc pateat, quam sit facile huiusmodi expinocan-
tiomibus Lectorum animos intricare: accedit quod horum verborum sensus

Confutatio.

aded perplexus sit, ut quid velit, vix capiatur. Promittit enim se per ignem sua
litteris, sine scriptis, sine signis per nuncium quenquis arte suam exhibitutum.
Si per ignem, quomodo per nuncium? cum transmissione specierum per ignem
facta, nuncio non sit opus. Si per nuncium, quomodo sine litteris, sine scriptis,
sine signis animi sui conceptum absenti esportare potest? cum non nihil ac-
cessario aliquid sit, quo mentem suam manifestare debet, siue id sit aliquod
signum corpori impressum, siue aliquid aliud sit, quod nuncium lateat, præser-
tim cum dicat artem suam scienti conceptum notum fieri: nemo autem igno-
rat, artem hanc fieri non posse, nisi per signorum, in quibus tota ars consistit,
notitiam absenti amico communicatam: signa itaque, qualia cumque tandem
illa fuerint, hoc in negotio interuenire necessitate est, nisi in verbis tantum lude-
re. Sc. Lectori aperto intendacio illudere velit, quod improba mentis signum
esse, quis non videt? Vides quoque apertam in hisce verbis contradictionem,
dum conceptum suum ab amico absente intelligi dicit per nuncium suum sine
litteris, sine scriptis, sine signis: si conceptum transmittit per nuncium, quo-
modo eum absens sine litteris, sine scriptis, & signis mittat, quis intelliget?

Mira technica
Hestizi.

Si vero, ut paulo post dicit, etiam quoties vult, eundem conceptum sine nuncio,
sine litteris, scriptis, signis absenti manifestare potest, certè illa nil aliud
sunt, quam somnia vana, fictilia, ridicula, nec fidem merentur ullam, nisi ab
idiotis, rerumque naturalium inexpertis mulierculis. Certè postquam hæc
per combinatoriam Artem penitus examinassem, nil eorum quæ ad huius
artis notitiam, quouis modo spectare videbantur, me reperisse sanè affirmare
possim: Vnde cum nil occurrerit, imo ea nec fieri posse existimarem: quid
tandem per illa verba Trithemius intelligeret, subolseci. Et primo quidem de
nuncio agam, deinde de cœteris ordine dubijs. Itaque quomodo nuncius varijs
modis quantumuis significandarum rerum nescius expediri posset, iam aperi-
legerat haud dubiè Trithemius in Herodoto, miram historiam, dum imper-
scrutabilem technam barbarico astu dignam sub Hestizi authoris nomine de-
scribit. Res ita se habet.

Historia.

Imperante Dario in Asia non ignobili loco natus Hestizus, cum in Per-
sie apud Regem ageret, & Aristagoræ, ut ab eo deficeret, vellet furtiuo scri-
pro nunciare, veritus, ne si non quam cautissime nuncium misset, res prodita
maximum sibi periculum adferret, huiusmodi astum communisicitur. Seruo suo
diu oculorum ægritudine laboranti, veluti congruo medicamento comam ca-
pitis abrasit: deinde, atramento acri litterarum formas, quibus conceptum
animi secretam denunciare constituerat, impressit. Detento itaque secum ser-
uo, donec capilli renascerentur: quod ubi factum esset, illum ad Aristagoram
dimisit.

dimitit, iubens, cum ad eum venisset, illum admoneret, ut quemadmodum ille nuper fecerat, sibi caput deraderet. Seruus itaque acceptis mandatis Heri sui, cum Miletum ad Aristagoram venisset, dominisui memor præcepti, Aristagoræ rem significat; ille rem frustra non ut erat ratus, commissum exequitur, litteras vertici inscriptas legit, & consilia eius mox executioni dedit. ~~Hæc~~enius Herodatus. Forsan simile quid Trithemius per suum nuncium intellexit: nam quod ipse de suo nuncio sine litteris, scriptis, signis, id est exterrnis absenti arcum mentis conceptum significante, dixit; id de huius Hostiæ seruo, pariter dici posse nemo negabit, qui si comprehensus interrogatusque fuerit, etiam per tormenta durissima, nil prorsus de arcano dicere potest, cum de eo nil sibi constaret, ne quidem occultas se litteras portare suspicaretur, neque ulli mortalium tam subtilis astus in mentem veniret. pater itaque exemplum, quo nuncius Trithemianus sanè ad viuum exprimitur.

ALIVS M O D V S.

Quomodo verò alio astu nuncius sine litteris, sine scriptis aut signis ad arcana alteri correspondenti significanda expediri queata, periam. Vbi tamen Lectorem scire velim, dum sine litteris, scriptis, signisue quendam nuncium expediri posse dicimus, id non in rigore, & quoad litteram intelligi debere: sed cum moderatione quadam, quasi diceremus sine litteris, sine scriptis, aut signis manifestis, sed eo astu constitutis, quæ nemini de latente quopiam secreto suspicionem mouere queant: atque sic Trithemium quoque sensisse, ex varijs Polygraphiæ suæ locis colligitur, quod & sub nomine spirituum, quos iam misophotos, idest luminis osores, artificiosa quadam techna abditos, nunc philophotos, idest lucis amantes vocat, indigitavit, quæ tametsi arcana scribendi ratione concinnatae sint, statim tamen alicuius secreti sub ijs latentis suspicione non carent. Vnde fol. 50. sua Polygraphiæ, triplex inuisibilium characterum genus, quo litteræ sine vlla alicuius latentis arcani suspicione scribi possint, produxit. Primum est Dermaticum, alterum Hyposphalmaticum, Tertium Aleoticum, ^{dermaticum,} utar verbis Trithemij, est, quod *fis in dorso nunciorum*, *scriptura quadam artificiis per sinistram causam humoris dampnatae visibilis, quam penetrare nemo sufficit, qui artis nescis arcanum.* An non hæc prorsus congruant, quæ paulo supra per nuncium suum fieri posse assertuit?

Lector verba supra allata cum hisce conferat, & aperte inueniet, arcum quod superioribus verbis ad secreto conciliandam quandam veluti veneracionem descripserat, modò ambitioso quodam verborum apparatu obuelate conatum fuisse; qualis autem istiusmodi humor inuisibilis, quo litteræ in carne humana scribuntur, paulo post exponam. Secundum genus hyposphalmaticum dicitur, *quod rebus certis in panno scribitur, quod exficcatur videtur potest minime, donec madefactum in aqua frigida cernatur, arcum postea prodemus.* Tertium genus dicitur Aleoticum, quod, ut ait Trithemius, est multiplex & versus, tam in forma, quam in materia habetque modos occulte scribendi penè innumerabiles. Eius autem scriptura *fis in charta, vel sine charta cum nemilia & cala, cum Raphocam, lapolce, alysque rebus dinervis.*

Né verò arcani vilitas statim omnibus pateret, monstris verborum id obuelandum duxit, non tamen tanta astutia, quin Oedipo, vel ad primum aspergum innotescerent. Si quidem litteris secundum transpositionem dissipatis, per nemilia' nil aliud significare vult, quam chartam scribendam esse cum nemilia, id est alumine, cum cala, idest lacte, cum raphocam, id est camphora, & cum lapolce, id est Cepolla. Pergit deinde nouis verborum monstris secretum scribendi tegeret: Scribuntur, inquit, litteræ, & varijs modis absconduntur, ac locis,

Quicumque
Trithemius
Promisit, cum
moderatione
in intelligenda
sunt.

Nemilia.
Cala.
Raphocam.
Lapolce.
nil aliud est
quam alumina
Lac.
Camphora.
Cepolla.

locis, ut sub ratis tabulata nos legimus metatheticè sub cera tabulata, in resrita subior, id est in floribus rubi, in leops, id est in pileo, in xeclofia, id est in falcone, in cocali, id est in calceo, in locubat, id est in baculo, in ratera, id est in terra, & alijs penè infinitis. Ne verò fraus detegetur semper unam litteram superfluum adiecit, ut in cala pro lac, in ratera pro terra, in flibus A superfluum, in locubat, id est baculo, t superfluum. Hoc pacto Trichemius ad nonnullam suis arcanis conciliandam aestimationem procedit. quæ profecto promissis, & tantopere depredatis secretis, uti sunt indigna; ita tantum abest, ut estimari debeant, ut potius puerorum ludibrijs, quam grani scriptori conuenientiora aestimanda sint.

Triplex arca- nè scribendi genus.

z.dermatiscū

Hyposphal-maticum & Aleopisoma.

Varij modi scribendi oc- culte .

**Litteræ per
signam conspi-
cūs.**

Verum iam videamus quibus modis, & qua industria litteræ cryptologicæ invisibiles reddi queant. Ait Trithemius primo, dermatico scribendi genere, in corpore singulari quodam liquore litteras inscribendas; quæris quis uam ille humor sit? dico esse humorem ex nitro & alumine, aut vitriolo cōpositum, quo si quispiam in quadam carnosa corporis parte prius attactu calefacta, quidquid inscriperit, vix apparebit ad aliquod tempus, sed humor paulatim carni altius insertus, tandem scripturam nigro colore imbutam, exhibebit diffūlter delectabilem.

Atque hoc pacto Trithemius ludit in corio pauperis nuncij. Ad Hypophalmaricum & Aleoticum genus scribendi à Trithemio propositum quod attinget, hæc uti iure ad unum reuocari possunt, ita quoque arcana, si ramen arcana, nomen merentur, hoc loco paudemus. Sunt autem multiplicis generis; non nulli, quibus scribitur, liquores non apparent, nisi ubi puluere, aut cinere fuerint aspersi, ut lac Thymallii, Cataputia, sive Lathyridis, ac lac siculneum. Quædam liquoribus scripta non videtur, nisi ubi chartam aquæ immerseris, ut lucidus limoniorum, Cæparium, sal ammoniacum. Alij litteras adipe hirci, aut bouis in silice pingunt, qui deinde per aliquot horas impositus, iterumque extractus, ea quæ inscripta fuerant, visui exhibet. Item albumine oui, quæ volunt lecta, inscribunt chartæ, quæ deinde argemento finta, abrasiō albuminis liquore, litteras demonstrant in fundo chartæ intactas. Iterum si signis super brachium, vel dorsum, aliudue membrum aceto, vel urina, quidpiam quod occulatum vult inscripserit, quod etiam exsiccatum, ne vestigium quidem scripturæ ostendet. Si vero fuliginem, aut ex combusta charta in cinerem redacta, eius pallinem imperseris, statim litteræ patetbunt, quod idem sit, si in scriptura adipe, sanguine, alioue quodam pingui, gummiue, ac lacte formata dictum pollinem imperseris, iuxta illud Quidam.

Tata, queque est: *faffinque aculos à latte recanis*
Littera carbonis putnere tangit, legas.
Falles, & humidus, qua fieri acmine lini
Ei feras, occulas pura subella natas.
Litteræ vero, que igne conspicua sunt, quantum scè vulgatum sit ex-
perimentum, eius tamen modum hoc loco tradere opera pretium duximus.
Epistola scribatur quæcumque, deinde omissis spacijs non necessarijs, litteræ
syllabæ, & dictiones, opportuna humenti succo citri, cæpæ, aut quocumque
tandem acri succo delineatur, quæ quidem sicato humore non apparebunt,
sed solæ illæ, quæ atramento scriptæ sunt, cæteræ delirocent: at si pagina
igni admota incaluerit, tunc litteræ, quæ prius non apparabant in lucem emer-
gent, conspicuas. Hoc pacto Sal ammoniacum aqua dissolutum litteras scri-
benti ira candidas reddet, ut vix ab albedine chartæ distinguantur, verum ubi
eas igni admoueris, iam ex candore in nigredinem versæ, se conspiendi
præbebunt. Rursus succus Cerasorum viridi, ciclamijus rufso colore char-
tam imbuens: sic varij fructuum succi varijs dabunt colorum species in char-
ta representatas. Iterum scribi possunt litteræ, quæ nisi aquæ immersæ legi
non

non possent, fit autem sequenti industria; alumen aqua dissoluatur, eoque dissoluto characteres describantur, qui cum exsiccati fuerint, conspicui definunt, mox tamen ac charta aquis immersa fuerit, conspicui reddentur: quod iterum fit, si alumine scriptas litteras in aqua Gallâ diluta immerseris; si vero libuerit characteres ita formare, ut nisi lumine praesente legi non possint, sic age. Cerussa alijsue color gummi liquefacto immisceatur, ex eaque commixtione materia chartae concolor parabitur, vt nihil ab illa discernatur, vbi tamen in illa litteras scriptas lumini exposueris, illæ protinus veluti luce quadam radiantes patebunt. Si vero in charta nigra albos characteres formare velis, sic operare. Oui albumen vitellumque ita diluantur, vt in liquorem scripturæ aptum euadant, quo litteræ in charta scriptæ, vsque dum siccentur, seponantur; quo facto charta atro colore inducto siccatoque, transmitatur ad correspondentem, qui raso atramento, in fundo litteras albo colore fulgentes reperiet. Iterum si quis ouum cera obductum stylo ferreo per ceram adacto litteras formauerit, ac denique ouum litteris suis formatum aceto fortii aut vitriolato, per integrum diem immersum reliquerit, hoc deinde extractum, & ad amicum transmiserit, cera dissoluta in cortice litteras impresas exhibebit. Innumera huiusmodi farinæ hoc loco adducere possem. Verum qui plura desiderat, is Mundum nostrum Subterraneum consulat: vbi tom. 2. sect. de salibus complura huiusmodi experimenta reperiet. Atque hi sunt inuisibiles illi nuncij, quibus Trithemius arcana artis suæ adornabat.

DISQVISITIO TERTIA.

Qua arte Trithemius arcana mentis sua communicare possit absenti, sedenti in carcere, aut etiam tribus milliaribus infra terram commoranti?



N præcedentibus sat, ni fallor, discussimus, qua ratione Trithemius per ignem, coeteraque visibilis rerum species arcana mentis suæ manifestare potuerit: iam restat explicandum, quomodo sedenti in carcere, aut tribus etiam milliaribus infra terram, aut ad quocumque dictorum locorum interuallum arcana sua alicui communicare potuerit. Hoc enim est quod præ omnibus alijs admiratione impleuit animos eorum, quorum interest huiusmodi secretorum nosse veritatem. Et ad primum quidem quod attinet, sedenti in carcere, aut loco quomodolibet concluso, quidlibet significari posse nullam prorsus difficultatem habet: quemadmodum enim nihil visitatius est, quam in loco vicino, per visibiles rerum species alteri suam manifestare mentem; ita quoque id per audibiles rerum species fieri posse nemo negabit: cum quod per visum, id multiplici industria per sonum fieri possit. Quod & Trithemius apertis verbis significat: *Mentem, inquit, meam indicare possum inter edendum, vel sedendum cum alijs fine verbis, sine nutibus, quam latissime voluerò etiam inter loquendum, pradicandum, ludendum in organo, vel cantandum fine impedimento actionis alterius cuiuscumque, ita ut pradicando bona & sancta indicem, non verbis, non signis aut nutibus cnicumque scienti latissime quidquid voluero, etiam clavis oculis & alia multa, qua in lucem non sunt pro-*

COMBINATORIA TABVLA

Quibus modis quispiam Cryptologiam exercere possit.

Natu sine gestibus.

Natu sine signis.

Natu sine verbis.

ferenda. Vbi tamen Lectorem notare velim, has voces, non verbis, non nutibus, aut signis, non sub collectiō, sed distinctiō sensu sumi debere: iam enim supra ostendimus fieri non posse, vt quidpiam alteri, sine nuti-

Combiuatio
signorum,

Gestibus sine motu.
 Gestibus sine signis.
 Gestibus sine verbis.
 Signis sine motibus.
 Signis sine gestibus.
 Signis sine verbis.
 Verbis sine motibus.
 Verbis sine gestibus.
 Verbis sine signis.
 Nota tibi gestu, sine signis, & verbis.

Combinatio
modorum lo-
quendi.

Confutatio
promissorum.

Gestibus sine motu, verbis, signis, aut sine ullo vi-
 tali membrorum motu significetur, ni-
 si magicum quoddam speculum hic
 adducamus, quo Cornelium Agrip-
 pain ysum fuisse ferunt, & quo omnia
 arcana alteri representabantur; quod
 absit ut de religiosissimo viro suspicer,
 neque sympathica radiorum diffusione
 id contingere posse paulò post lucu-
 lenter demonstrabimus. Hoc itaque
 pacto illa intelligi debere existimo,
 vt arcana mentis subinde motibus sine
 verbis, aliquando verbis sine motibus; nunquam & verbis & motibus; in-
 terdum etiam signis solum sine ullo motu, sine motibus, sine verbis, quando-
 que & motibus, verbis, signis, alteri communicentur. Neque alia in rerum
 natura combinatio occurrit; quæ artis specimen exhibere queat, nisi id diui-
 na quadam reuelatione fieri dicamus: quod vti naturæ vires longè excedit,
 ita quoque hic locum non habet. Sed vt rem ad oculum demonstrarem, hic
 combinacionem tabulam adducendam duxi, extra quam, nulla, quæ pro-
 missis Trithemij satisficiat, alia datur. Vbi tamen nota motum & gestus
 multum inter se differre; Motus enim proprie capitis eiusque membrorum
 motum respicit; Gestus totius corporis. Signa pariter sub multiplici differen-
 tia considerari possunt: vel enim respiciunt arcanum, quo mentem alicui ape-
 rias; vel technologiam hieroglyphicam singulari quodam artificio exhibitam,
 vel technasma per catoptricas reflexiones, aut sonorum differentias, vel exhi-
 bitione plantarum, arborum, animaliumque constitutione, adeoque
 nihil in rerum natura sit, quod semeiologia non sibi vendicet, vt nihil interim
 dicam de stellis, planetis, characteribus astronomicis, chymicis, artiumque
 liberalium, mechanicarumque occultis notis, quæ omnia ad arcana artis si-
 gnificanda, vel ipso Trithemio attestante cryptologiaz seruire possunt. Verba
 quoque hoc loco variè sumi possunt, vel vt voce viua prolata, vel vt mutua
 per litteras varià astutiæ adornatas. Quæ omnia veluti rerum significandarum
 symbola quedam assumi possunt. Quomodo verò Trithemius facere possit
 sine motibus, sine gestibus, sine signis, sine verbis, sine ylla re sensibili, hoc
 vtiique, vti omna intellectus captum excedit, ita quoque quidquid talia
 se posse & nosse dicat, iactitet, iuret, & periuret, nunquam tamen sensato
 Philosopho ea credere se persuadere posse putet; cum enim omnes rationes
 intra certos naturæ terminos constitutaæ sint, certe has transgredi nil aliud
 esset, quam vanissima superstitione, & pertinacioris phantasiaz illusione mille
 paralogismorum labirinthis intricari. Sunt itaque omnes istæ inventiones à
 Trithemio veluti fabricæ quedam non nisi in acre fundatae, neque ullo unquam
 experimento approbatæ; adeo multa subinde sibi mens humana fingit, quæ
 tamen secretiori trutina expensa, postmodum sibi de rebus frustraneo Sisiphi
 labore attentatis risum sannasque moueant. Sed iam tandem modum, quo ca
 Trithemius fieri posse cogitauit, aperiamus.



PRA-

PRAEGRAMMATIA SECUNDA.

Per apertis & musa signa id est nutibus, gestibus, verbis, membris alteri manifestare.



VTA signa dicimus, quod tacitè sine voce & sonò, seu verbis rerum significations ostendant. Et primò quidem à nutibus capitinis rem ordiemur.

Caput itaque deiectum humilitatem, superbum arrogatiā, in latus inclinatum languorem seu commiserationis affectum; prædorum & rigens pertinaciam quandam mentis ostendit. Sunt & signa annuendi, ut capitinis in anterius dēmissio, renuendi invtrumque capitinis latus decussio, & hoc pacto pro libitu cuiusque verecundiae, metus, admirationis, atque indignationis signa præbeti poterunt. Pari pacto vultu nunc supplices, nunc minaces, nunc blandos & mites, iam hilares & rectos, modo tristes deiectosque animo nos esse ostendimus, nunc odium, nunc amorem monstrantes, quibus signis tacito quodam indicio internos affectus, atque animi nostri voluntatem alijs significamus, iuxta illud Ouidij:

Sape rascis vocem verbaque vulnus habet.

Tantæ quippe huiusmodi signa sunt virtutis, vt plus subinde huiusmodi nutibus gestibusque, quam vel ipsis verbis moueamur. Et satis id vel inanimate picturæ varijs affectuum passionibus à nobili pictore expressæ, indicant, quibus subinde nil nisi verba desunt, adeo animi pattemata ad viuum exhibent. Quanta oculi ad affectus animi indicandos efficacia polleant, cunctis motum est: dum iam citra motum dilatati & veluti subridentes hillicitatem, Oculorum signa. deiecti vero cum frontis rugis, indignationem, lachitatem quoque dolorem & tristitiam indicant; hac ratione nunc motu intensi, nunc remissi, nunc superbi & torui, iam hilares & mites, modo asperi, rigidæ & extensi, iam languidi, stupidi, & torpentes, subinde quoque lascivii & mobiles, aliquando nutantes & voluptratè quadam delibutis; quæ si cuncta in præcepta digerentur, fere quæ quis voluerit præcepta, scienti artem similibus nutibus monstrare posset.

In superciliorum motu magnam vim latere, nec nescit, nam oculis & fronti subinde imperant, cum contrahuntur iactantiam, cum exaltantur hilaritatem, cum remittuntur pudorem, cum attolluntur arrogantiā ostendunt iuxta illud Ouidij:

Multa supercilie, multa ignorare nos.

Hinc cum e fastu recidimus, protendimus supercilium; unde multa de supercilio proverbia tracta sunt, ab ipsis naturæ significationibus desumpta. Sed frontem aspiciamus, quam si explicemus, iactantiam, in sulcos contracta molestiam, disciplicentiam, iram & indignationem ostendimus. Vnde Plinius eam non incongrue, vel clementiam, hilaritatis, serenitatisque, vel etiam iustitiam indignationisque indicem dixit: hinc effrontes vocantur inuercundi & pudores carentes; Genis vero verecundia signa esse quis nescit?

Naribus, & labijs multa decenter ostendimus, iracundi nares corrugamus, eas enim dum diducimus, porrigimus, mordemus, scindimus, astringimus & diducimus, risus, contemptus & fastidij signum præbere sollemus. Colli humororumque contractione inclinatione, reclinacione innumerâ interiorum affectuum signa pandimus. Si manus & brachia spectamus, dici vix potest quantam illa motibus suis indicandorum mentis arcana occisionem præbeant. Horum enim explicatione liberalitatem ostendimus; vel subsidium necessarium petimus: ita quoque in pauperibus signa sunt indigentiaz, cæterorumque animi affectum indicia: hisce itaque promittimus, poscimus, voca-

An per signa
Trichemius
locutus dici
possit.
Capitis signa.

Genes & ha-
res.

Manus & bra-
chia.

Digitij.

vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, alienamur, timeamus, interrogamus, negamus, annuimus. Ut sileam quot quantisque modis digitorum flexura, compositione, clausura, apertura, tum numeros, tum animi conceptus pandamus. Diogenes Demosthenem videre cupientibus, medium digitum impudentiae indicem extendebat, prauum virum & effoeminatum inuens. Vnde Iuuenal is:

Mandares laqueum, mediumque ostenderes unguem.

Quod & Ouidius in sequentibus versibus:

Me specta nutusque meos, vultusque loquacem

Excipe, furtivas & refer ipse notas.

Verba supercilij sine voce loquentia dicam

Verba legam digitis, verba notata mero.

Si quid erit de me tacita quod mente loquaris,

Pendeat extrema mollis ab aure manus.

Cum tibi que faciam, referam dicamque placebunt.

Versatur digitis annulus usque tuis.

Tange manu mensam, tangunt quo more precantes,

Optabis merito cum mala multa viro.

Verum cum ea dactylogia fusior sit, quam huius chartæ angustijs describatur, Lectorem ad Bedam, Pierum, Portam, & ad ipsam Trithemij Polygraphiam, in quorum monumentis fusissime describitur, relegamus: ut vel ex ipsius Trithemij testimonio eum hisce usum fuisse constet.

An per hieroglyphicas notas locutus sit.

Factum Sestij filij Tarquinij superbi.

Progredior ad hieroglyphicas notas, quibus veteres Aegyptij animi sui arcana prodebant, eratque sanè quam ingeniosissimum inuentum, quo vel vnica res per litteras aut voces ostensa, integrum statim animi conceptum, multis huiusmodi signis artem scienti exprimebant. Quod Cryptologicum loquendi genus Trithemium calluisse, aperte docet in Polygraphiæ suæ præfatione, dum quam latissimè quævis se artem callenti indicare posse dixit, inter sedendum, inter ludendum, inter prædicandum: cum enim Aegyptiorum technologiam probe intelligeret, haud dubiè hieroglyphica symbola de quacumque re & materia collecta, in artis suæ usum facili negotio conuerterit. Sola siquidem hippopotami imagine remotè ostensa, vel voce prolata, vel etiam nutu ad corporis aliquod membrum applicato, statim correspondentem hoc veluti sermone monere poterat: *Ne conuerferis cum assidente ibi, cum homo impudens, sceleratus, mechus & adulteris, qui aliud non molitur, quam ut suo aliorumque honori insidietur;* quæ omnia hieroglyphicæ per solam hippopotamai imaginem significantur; & sic de cœteris. Quoniam verò hæc prolixiora sunt, quam ut hoc opusculo describantur, Lector i. Syntagma Oedi pi Aegyptiaci adeat, ubi quidquid in hoc genere desiderari potest, collecta reperiet. Quæ si quis iuxta diuersas materierum, ratiociniorumque classes, aut etiam iuxta Alphabeti litteras disponeret, is haud dubiè ingentem de quavis materia Cryptologicæ loquendi campum reperiret: non verbis, non nutibus, aut gestibus, sed solis symbolis huiusmodi hieroglyphicis ostensis, eminus aut voce sola prolati. Hac astutia & senili calliditate Tarquinius superbis, vt est apud Liuium, Sestio Filio apud Gabios degenti ad se è Gabiorum seruitute liberandum, usus est, cum enim nuncium ad Patrem Romanum misisset, vt quid facto opus esset à Patre exquireret; is secum nuncium in hortum duxit, ubi decussis papauerum capitibus nuncio dimisso, vt à se gesta filio nunciaret, præcepit. Quod cum filio narrasset, is protinus mentem Patris affecitus, non infelici successu procerum trucidatione sese in libertatem restituit. Innumera hoc loco adducere possem circa Emblematicam doctrinam, sed hæc sapienti annuisse solum sufficiat. Ut verò constet quomodo hæc & similia alphabeti litteris applicari queant, ita ut littera solummodo prolati, autemius

bus ostensa, statim mentis conceptus patefac, sic procedi posset. Ostendimus supra Trithemium sine yllis nutibus, verbis, signis, mentem suam manifestare non posuisse. Quare itaque quomodo id fecisse putetur? Dico per signa membris humani corporis solo tactu impressa. Sed & haec non sufficiunt ad longos discursus de qualibet re formandos. Quare id tali ratione fieri posuisse existimo. Primo iuxta omnia corporis membra alphabatum disponebat, ita ut per initialem Autis litteram A, per initialem Barbae litteram B, per Capitis litteram C significaret, & sic de coeteris, ut in subiecta tabula apparet. Secundò de laude vel vituperio alicuius locuturus, aliata columnam hinc parallelam ponere poterat, cuius alphabeti litteræ, in duas litteras omnium virtutum moralium, oppositorumque vitiorum indicabat vidi in infrascripta tabula videre est. Tertiò de rebus bellicis locuturus, periter terminos rerum bellicarum posuisse putarem initialibus alphabeti litteris expressos, uti quarta columnæ docet. Et sic in quasdam classes certa argumenta, & de quibus indicandum quidpiam erat, digere poterat. Et prima quidem columnæ significat membra ordine alphabeticè disposita, nullumque alium usum habebat, nisi ut statim inueniret membrum, per cuius tactum, indicaret certum argumentum alicuius virtutis aut vitiis, verbi gratia tangens aurem, indicabat simul argumentum amoris, aut charitatis, quo indicabat talis aut eadem charitate summa commendabilem; si oculum, operibus virtutis præditum; si dentes, discrētum; si linguam, liberalem; & sic de coeteris. Si vero virtus indicare solebat, primo uno digito extenso, & de vitiis virtutibus oppositis se locuturum veluti præmonitorio symbolo indicare poterat: deinde aures tangens, hominem ab omnibus odio habitum notabat: si dentes, indiscretum, & sic de coeteris. Si denique de bellicis rebus, illas eodem modo per initiales terminorum membris correspondentium, litteras exponebat. At primo quidem duobus digitis extensis, veluti præmonitorio symbolo, de rebus militariis se locuturum innovere poterat. Deinde de destructione & devastatione urbium locuturus, dentes rangebat, de necessitate annone nasum, & sic de coeteris. Terminos vero hoc modo ex pacto positos fusiori descriptione correspondenti (in qua omnium virtutum vitiorumque, uti & initia columnarum exercititia describentur), quibusque memoria mandatis integrum conceptum, vel una sola littera, nuchi correspondentem exprimere poterat & communicabat; si vero nomen aliquod exprimere solebat, verbi gratia Petrus, Paulus, eam hoc præstare poterat. Pedum, Auris, Ventris, Lingua, Ventris Superciliorum atque, Hanc tabulam, itaque correspondens probè memoriam mandare, & in continuo scilicet exercere ad proximam facilitatem debet; atque hoc pacto de qualibet re, faciliter negotio cum amico colloqui poterat inter cedentem, secundum, tertium, quartum, quintum, quod si vero exercitus non in uno secretum detegetur, sola membra per vocem prolatione suas auctoritate, & sic de coeteris, quibus auditis amicus ad notitiam rerum pertingere poterat. Tabula sequitur, quæ & ad innumeratas alias matrice extendi possit.

Quomodo per
datus Tribe-
mius operatus
dicī possit.

Pes
Aures
Venter
Lingua
Venter
Supercilia



Tabula Cryptologica per signa membrorum.

<i>Membra.</i>	<i>Virtutes.</i>	<i>Vicia opposita.</i>	<i>De rebus militaribus.</i>
<i>Aures.</i>	<i>Amor, Charitas.</i>	<i>Odium.</i>	<i>Arma.</i>
<i>Barba.</i>	<i>Beatitudo.</i>	<i>Infelicitas.</i>	<i>Barbaries.</i>
<i>Caput.</i>	<i>Castitas.</i>	<i>Luxuria.</i>	<i>Captiuitas.</i>
<i>Dentes.</i>	<i>Discretio,</i>	<i>Indiscretio.</i>	<i>Destructio, deuastatio.</i>
<i>Exta.</i>	<i>Excellentia in omnibus.</i>	<i>Vilitas animi.</i>	<i>Equitatus.</i>
<i>Frons.</i>	<i>Fides.</i>	<i>Perfidia.</i>	<i>Fames.</i>
<i>Guttur.</i>	<i>Gratitudo.</i>	<i>Ingratitudo.</i>	<i>Graffatio.</i>
<i>Humerus.</i>	<i>Humilitas.</i>	<i>Superbia.</i>	<i>Habitus militaris.</i>
<i>Inguen.</i>	<i>Iustitia.</i>	<i>Iniustitia.</i>	<i>Instrumenta bellica.</i>
<i>Lingua.</i>	<i>Liberalitas.</i>	<i>Avaritia.</i>	<i>Latrocinia.</i>
<i>Manus.</i>	<i>Mansuetudo.</i>	<i>Iracundia.</i>	<i>Machinationes.</i>
<i>Nasus.</i>	<i>Necessitas.</i>	<i>Contingentia.</i>	<i>Necessitates annonae.</i>
<i>Oculus.</i>	<i>Opera virtutum.</i>	<i>Opera vitiorum.</i>	<i>Occipatio vrbium.</i>
<i>Pectus.</i>	<i>Patientia.</i>	<i>Impatientia.</i>	<i>Peditatus.</i>
<i>Quinque digiti.</i>	<i>Qualitas animi.</i>	<i>Inabilitas.</i>	<i>Qualitas capitanci.</i>
<i>Renes.</i>	<i>Religio.</i>	<i>Impietas.</i>	<i>Rebellio.</i>
<i>Supercilia.</i>	<i>Sanctitas.</i>	<i>Iniquitas.</i>	<i>Strategemata.</i>
<i>Tempora.</i>	<i>Temperantia.</i>	<i>Intemperantia.</i>	<i>Tentamenta.</i>
<i>Venter.</i>	<i>Veritas.</i>	<i>Falsitas.</i>	<i>Vexationes.</i>

Ex hisce patet primo Trithemium, si non hoc ipso artificio, saltem alio huic non absimili usum fuisse in sua Cryptologia: qualis quidem modus esse poterat ex Arte magna Raymundi Lullij extractus, quo per vniuersalissima 18. principia & 9. subiecta, hanc Cryptologiam perfici posse ostendimus in Arte nostra Combinatoria. Sed quia res longior est, quam ut hic describi possit, Lector suo tempore illam ipsam consulat, verumque quod dixi, repperiet, in qua vel vnica littera immensam reciproce discurrendi matrem suppeditat.

Atque hisce modis Trithemium mentem alteri communicare potuisse censemus, id est nutibus externis sine litteris, aut verbis, aut scriptis; nisi enim id ea industria fieret, nemo mortalium capere poterit, quomodo homo sine nutibus, verbis, scriptis, & signis alteri immobilis ad instar statu, mentem suam imprimere possit; nisi id per sympathicos animi indices reciprocè affientes pereget. Verum cum hec sympathia inter hominem & hominem nec vniuersalis sit; neque fieri possit, vt cum quando vult, deproposito, multo minus animi sui conceptus per eam alteri intimare possit; certe nihil aliud restat; quo id facere potuerit nisi cum si non affectata lactantia, saltem sub amphibologia, & aquiuocatione quadam taliz effutisse, & tenebamus.

An per sympathiam fieri possit in Steganographia.

Per catoptricas reflexiones quomodo scribatur.

Quod vero sino litteris aut scriptis secreta indicare se posse putat; id pariter varijs modis intelligi potest & debet; id est sine apertis litteris, & primo quidem hoc modo per catoptricas reflexiones, queis in speculis illapsum, vel integrum epistolam intra correspondentis amicis carcetem, aut fenestram conclusi loci projicere poterant. Quem modum accurate descripsimus lib. 10. Artis magnæ lucis & umbræ. Atque hoc modo, tametsi præter speculum nil compareat, litteræ tamen per medium insensibili lucis vehiculo per quamvis aperturam translatae integræ in muro descriptæ sine ultra suspitione legentur. Si vero locus quispiam huiusmodi insolitas rectum species non admitteret, is audilibus variorum instrumentorum speciebus vti posset; de qua cum in Musurgia nostra tom. 2. fol. 360. titulo de Cryptologia Musica ex professo egredi-

egerimus, eo Lectorum restitutus; potestque perfici per occultos canales vocibus verbisque transmisis, tuusmodi nos habemus in nostro Museo statuam, ad quam applicando aures, quidquid remotus etiam quam subdissimilis voce locutus fuerit, statim percipitur, quo ad arcana mentis alteri comunicanda, nil etiam in confusa horum multitudine, & confuso loquentium frepitu, securius, tariosque fieri posse existimo. Videat, queso, Lector, quae de huiusmodi arcanis machinis acusticis, quibus magno emolumento principes inter sua secreta conferre queant, quam amplissime Musurgie tom. 2. lib. 9. cap. 5. fol. 295. usque ad fol. 308. egerimus, & sorsum quod desiderabit, ibi dem reperiet.

DISQUISITIO.

In illa verba Trithemij.



VIDETUR hoc facere possum sine nuctio, dum volo; voluntarem scilicet meam inducere sedentem in carcere, etiam longe absens; quantumcumque custodiatur, etiam tribus milliaribus sub terra sedetur; & bac omnia universaliter, quando, & quotiescumque voluntario, possum naturaliter, sine aliqua suspicione, aut adiutorio spirituum quorumcumque.

Videatur hoc loco Trithemius idem fecisse, quod Alchimisti solent, qui lapides suum philosophicum tantæ virtutis esse assertunt, ut omnes etiam incurabiles morbos sanet, & mortuis quasi resuscitet, senectutem in iuventutis obrectum abeat, vitam ad 300. & ultra annos prolonget, eoque aureos montes, & inexhaustos diuiniarum thesauros mundo promittunt: cum tamen teneat abest, ut haec consequantur, ut potius à tot seculis inventus sit nemo, nisi sorsum quisplam a Magistro Diabolo omnium mendaciorum fabro instruatus, qui huiusmodi arcana, quæ solidè pollicentur, comprobare potuerit. Iactare se de admirandis, inauditis, paradoxis incredibilibus, unusquisque potest; sed qui parem iactancie effectum producat, nullum adhuc vidi, propriumque est hominum quorundam idiotarum, qui cum nec prima quidem Philosophia rudimenta dicicerint, de altissimis tamen naturæ mysterijs, plusquam Bombilius atrocità, veluti vniuersi naturæ Arbitri temere, ne dicamus solidè differere non verecundantur. Sed haec incidenter. Nunc Trithemianatum promissionum enodationem examinemus. In carcere sedenti, iam supra diximus nil facilius, quam per sp̄cies sonoras, alicui mentis conceplum manifestare: sed cum Trithemius dicat etiam longe absentem in carcere, etiam tribus milliaribus infra terram constituere, se arcana mentis universaliter modo, & de quacumque re, manifestare posse, sine litteris, signis, sensibus, numeris, id enim uero omnem humani intellectus capacitatem superat; hoc etiam est, quod omnes abditum rerum exploratores nostre hucusque desiderarunt. Vnde negotium summo rigore examinandum rati sumus, ut quod veritati congruum Lectori curioso, constet.

Longissimo infra terram spacio, ictus fossorum, aure ad parietes applicata, percipi posse, & consequenter ex horum ictuum ad alphabetum applicatione, non nihil manifestari posse constat; nonnulli id probant tympano piano terræ imposito, in cuius pelle pisorum globulos ponant, & hoc patto quicunque subterraneus ictus, etiam remotissimus, illos mouet, & subfilire facit: & nos in Musurgia varios modos produxitus, quibus per ictus sine canales abditos, correspondere in subterraneis regionibus constitutis queamus.

Vetum cum Trithemius omnia externa signa, nutus, sonos, à sua artis repudier, tantum investigandum restat, qua ratione sedenti infra terram, etiam

Promissa Trithemij iactantiam nimiam sapient.

An & quando
do in carcere,
aut infra
terram quis
arcane loqui
posse.

gribus milliariis, se tamen posse intellexerit. Cartus enim vel ex proprio
verbis sonat, cum hanc suam actionem in primi pinguam esse censisse, cum huius
la vorago in serum natura iuveniatur trius milliarium germanorum profun-
da, & si reperiatur a hominem tam non dicam penetrare sed ne cuan-
te quidem in ea passo, in nostro Mundo Subcretae facta demonstrauimus
iuncte solummodo conceptus, quidam phantasticus, quo fieri id possit, quod
enim, quod rerum sive naturali arte non potest. Quia modus vero Triplexius
illusus fuerit, aperiam. Audierat is haud dubie ab aliis, causatione ruriose,
rues librorum, apibus deflissimis erat percepere, bise in natura sympathicam
quandam rerum affectionem, qua duo corpora consimilia se se occidit, quod est
motu excitare feruntur: audierat quoque de admirandis virtutis magneticarum
operationibus, queis lanceola una ferrea, alteram etiam in distanti spacio mo-
uet. Hinc forsitan existimauit fieri posse, ut duabus pyxidibus istiusmodi nego-
cium conficiatur. Quod, utrum desideratum successum habiturum sit, hoc lo-
co expendendum est. Certum est hanc technologiam tantum apud sanioris
etiam mentis Philosophos plausum meruisse, ut, ut alio modo in distans resi-
procum loquendi commercium, nisi magnetica arte perfici posse putarentur.
Credunt enim duas pyxes magneticas alphabeti litteris in circuitu notatis,
quarum lanceolae, si recte & legitime magneti affectus fuerint, in quolibet terreni spa-
cio suum fortius effectum posse, hoc pacto; si quis fuerit verbi gratia Constantino
poli, alter Romae, & uterque pyxide fuerit instructus, si Roma quispam lanceolam
litteram A admirabitur, statim Constantinopolitanae pyxidem lanceolam ad eandem
litteram se conuerterat; & si Romana ad B, papaver illa ad B, si hinc ad C,
illa quoque ad C, unde hoc artificio quidlibet sibi in usum indicare posse esset
fuerunt. Verum uti haec omnia magnetica philosophiae, immo naturae ipsa
repugnant, ita quoque Trithemius, si per huiusmodi cryptologiam actionem suam
felicem successum fortius posse sibi imaginatus fuerit, valde ballucinatus es.
Vni enim Magnetica virtus in sphaera suam radiatione diffunditur, non formo-
evolutur, ita quoque extra sphaera suam nil protrahit, nisi per
tudina mea docet experientia. Qui vero in distans magnetica mirurem age-
re putant, audiendi non sunt; cum haec actio ab universalis Philosophorum
Theologorumque scibola iam dudum explota sit. Verum si Lectores percutius hoc
cryptologicum machinamentum nosse desiderat, is ad eas Artes magicae Mag-
neticam, ubi lib. 2. part. 4. fol. 28. editionis ultimae, cap. 3. de Steganographia
magnetica, hanc in distans actionem fuisse configuramus. Fuerunt deinde
Astrologi Alchymistae, Magi verius, quos, ne faciliter experimenti huiusmodi
duarum pyxidum falsitatis argueret, multa, ad id requirunt, quae nisi religio-
se obseruerent, totum magocum iritum reddi afferunt. Atque Astrologi
quidem ferrum hora Martis Magnetis afficiari debere, sub certo Ascendente,
videlicet Marte, Saturnum trigona respiciente radiacione, ut effectum fortia-
tur, requirunt. Sed haec rara indiget sive homine Philosopho, ut me vel ca-
nominare pudeat. Miseri quidem sumi unduli, ut & Chimici, vel porci-
susici gesticulatores, hoc Steganographicum negotium patuerit, successe-
nunquam habiturum, nisi quinta essentia magnetis & Chalibis res tota pera-
gatur. Sine Alembico igitur nihil apud hosce spores, O quam nescius foret,
ut Magnetis loco crassa huiusmodi Blaterorum cerebra à tam faruis opinioni-
bus Alembico quoddam Helleboro pleno purgarentur, quo de Magnetis natu-
rae sanius subtiliusque discurrere discesserat: quid enim Magnetum distilla-
tione? Quid Magnetis natura adeo generat, quam ignis, quo dissolu-
tum ipsi corroborare in infinitum contendunt? Nonnulli nausiores, cum
eos huius pudet infans, in aliis labuntur multo graviorem, dum afferunt,
huiusmodi capsules ita construi debere, ut versorium sic ex quinque essentia-
ferri, litterae autem ex uno Magnetis effigiatur; sic enim fuerunt ascripsi, me-
vnum

Deceptio Tri-
themij.

An duabus
magneticis pi-
xidibus.

Actio in di-
stans nulla est.

Ridiculum
Astrologorum
machinamen-
tum.

vnum alterum quantilibet distantia ad datam litteram trahat. Proh Deum, quantum mysterium nobis hi noui Mystra reuelant. Valde miror quod non hic herbam quoque in Hyperboreis montibus nascentem, qua instrumenta illa fanatica meliorem successum sortiantur, adsciscant. Quidam asserunt Magnetem in Echeneidis sale conseruatum, malleo quodam ferreo in tantum minui debere, donec axis magneticus inueniatur, quem tantæ virtutis esse perhibent, ut aurum etiam in altissimos puteos delapsum, extrahere possit, & vel ad centum, aut 300. leucas aliud ferrum sibi attractum moueat, atque hac ratione aliunt pyxides Steganographicas, ut vsui esse possint, perficiendas esse; immo ut pudenda sua mendacia, & imposturas melius tegant, ea assument, de quibus vtrum in rerum natura inueniantur, qualis est Echeneis, merito à Philosophis dubitatut. Quare si Trithemius suam artem, virtute magnetica confici posse existimauit, id sane luculentissimum indicium est, eum ex ipso natura virtutis magneticæ aut non intellexisse, vel saltem ad aliquid mirabile mundo promittendum, vana quadam iactantia, huiusmodi naturæ magnetismum ad suæ assertionis confirmationem, falsò assumpsisse. Sed iam ad alterum naturæ magnetismum, qui reciproca carnis transplantatione perperam fieri dicitur, procedamus.

Putant nonnulli Trithemium ex variorum Authorum lectione, nonnullam notitiam habuisse de miro magnetismo, quo duo conspirantes ex reciproca carnis insitione, sese, in quocumque tandem orbis loco constituti fuerint, nescio quibus puncturis, de quo voluerint, monere possint. Hancque consequiam deducunt ex historia quadam, quam liber Germanicus de Steganographia Trithemiana scriptus recitat. Ego sane eam verius in Vtopia, quam, ut ipse ait, in Italia contigisse reor. Atque ut Lector videat, quod nugis se humanum ingenium occupet, historiam adiungo: Erat quidam, inquit, in Italia nobilis, qui cum nescio quo casu amissio nase, magnam preferret turpidinem, omnia modis de nase fictio arte reficiendo, laborabat. Consultus itaque quidam nasorum reficiendorum peritis iam dudum celebris Chirurgus, vel, ut melius dicam, Rhinurgus, qui conventione facta noui productionem nisi promitteret. Res in opus impigre deducitur, ea qua sequitur ratione. Erat dicto nobili viro mancipium forte & robustum, cuius carnosor lacerti pars, nasi effigendi deligitur materia; mox incisam brachij pulparam Rhinurgus nasi Ichneographia admonet, ligaramque suis in tantum medicamentis, fonet, usque dum brachium nasi loco accrenisse notat. Quo facto arreptis forficiibus, designatam brachij pulparam, quantum naso efformando sat erat, excisam, nunc superfluum sectione, iam asperiorum partium eliminatione, modo levigatione, tandem in opus nasi restauras, ita denique Nobili viro natus succisus restituatur. Accidit autem, ut quotiescumque mancipium morbo quodam sibi familiari corripiebatur, toties natus iste patris sui mala sentiens, ingentes quoque subiret alterationes: mortuo tandem mancipio, & natus ille, qui tanto artificio condiebat, pugnatus in tabem quoque abiit, & ne totum reliquum sanum corpus gangrena inficeret, cenuò recessus. Ex hac ridicula fabula, plebei illi philosophastri inferunt, quod si caro duorum amicorum conspirantium carni reciprocè inseratur, furum, ut vel ad multa millia milliariorum distantes, occultos animi conceptus sibi aperire possint: si enim alteruter communicat, sibique insertæ carnis partem pupugerit, alter in momento de aliqua re se moneri sentiens, correspondente punctura, amicum ut loquatur, certiore reddet: ita puncturis iuxta numerum litterarum in alphabeto dispositarum sibi inflictis, & reciprocè percipientis, sibi de qualibet rē in quavis distantia loqui possent, sed apage cum huiusmodi anilibus delirijs, & stolidis male feriotorum hominum nugamentis, quorum proprium est, ex incertis & fallacibus artibus gloriam, quam verâ scientiâ destituti adipisci non possunt, diabolicarum artium ope acquirere.

Vtrum Trithemius arte magnetica vsus sit in reciproca transplantatione carnis.

Historia ridicula.

Aliud haud absimile dictæ phantasticae Cryptologie inveni in opere manuscripto Ioannis Baptista Portæ, de secretis inauditis ad Rudolphum II Imperatorem transmissis, quod pro suo in Rempublicam litterariam affectu, iam olim mihi communiquéat Illustrissimus Dominus Cassianus del Pozzo eques Romanus quod mox vbi pessimum esse vidi, militaris non potui ab homine philosopho, tam indignas hominem philosophum affanias produci potuisse. Verum ut machinamenta hominum luculentius pateant, verba formalia Authoris ap- ponienda duxi negotium ita sese habet.

Fuit diligenter quoddam sympathicum dictum, quod non videtur alicet operari posse, quam per sympathiam, ut duo amici longè per multam distanciam remoti, noctis horis simul loqui possint. Accipe axungia porcina, urinaria & sanguinea humani expurgari à phlegmate & bile, una uncias duas; Crangii hominis violenter mortui lumbriticorumque una unciam unam & femur; lapidis bimatilis drachmas duas; vini rubri astringentis, libram utram cum dimidio. Ex his fac unguentum. Experiatur pinguedo viri, si erit optima & vera, hoc modo: perungantur ex limina portas, & canes non intrabunt per eam. Sanguis expurgatur hoc modo: comburatur fango; dein coquatur in aqua, ut extrahatur sal: absumatur aqua, & recipiatur sal, qui iterum miscetur sanguini: liquat. Lumbritici oportet sentire opitum loci cum salse: mox comburantur ultra opitum cooperia. Vetus unguentum est. Accipiantur duo cultri noui, perungantur hoc unguento, leniendo à medicione usque ad manubrium; deinceps sententur in loco cespido; id est non nimis calida vel frigida: habeant amici valvula in eodem corpore portis loco, veluti in brachis, conservantur semper nova & sanguinea. & ut ne sentientur, imponant super ea hedera stondes, ut ultimur cum ruptoribus. Sub praevulneri fiant duo circuli magni vel partis, secundam plaga quantitatem & circa ea describatur alphabetum eodem ordine & modo, eiusdem mensura & capacitate. Quando igitur cum amico toqui vulneris, extendantur cultri supra circulum, & pungatur quæsita littera dum acie cultri, & tunc amicus eandem puncturam supra suum vulnus sentiet & uidelices; volo sciat me valere, pungo punctura super V, & ille sentiet. Deinde pungo A, & ipso iterum sentiet; & sic de ceteris. Sed cultri alterius sanguine sint intinerti, scilicet mens sua & suis meo. Si serum mensis longe, qui plagam habeat; sic aliam supra chartam eiusdem mensura & qualitas, & culter sit suo sanguine intinctus: mox combinatis litteris, scilicet tunc mentis conceptum. Hec Porta sat ridicule & superstitione.

Confutatio.

Notum itaque, omne sympathicum corpus, sine ullo superaddito corposo corporumque qualitate: aliud mouere: ita magnes mouere ferrum, sola & simplici qualitate tractua, quæ inhibitus est: aduantur ei milrena alia corpora diffidentis naturæ, nihil tamen aut plus inuidit, quam si abessent, trahere videbitur corpus sibi sympathicum. Si itaque communicatio sanguinis reciprocâ posito à Porta hoc casu, virtutem habet sympathicam in dissitum corpus, frust a tot ynguentis, tot ingredientiis, tot tamque studios: affectatae præparationes curantur; cum sola sympathia, quæ ex communicatione sanguinis & reciprocâ carnis insitione nascitur sufficiat ad præstandum effectum pungitius doloris. Ridenda itaque axungia ex porcina urinaque pinguedine confecta, exhibanda humani sanguinis à phlegmate præpurgati cura; superuacanea est cranij hominis morte extincti, bilisque iunctæ commissio, dum tantum ad rem faciant, quantum quinta ad currum rotæ. Ridiculum omnino, nè dicam stolidum studium, quo sanguinem humanum primum excœqueré, excœctum in cimeres redigere, & inde demum saltem extahere dissitum cum sanguine lumbricorum præcipit. Quis necfit hæc omnia, virtutem omnem, si quam haberent, tot chymicis alterationibus protus perdere. Accedit quod omnes hæ qualitates, nullam prorsus, nisi in determinato spacio, virtutem habere possint, ut supra fuse probatum fuit. Vana itaque sunt omnia

omnia huiusmodi circumforaneorum ad impossuras suosque faciendo machi-
namenta, quorum opifex diabolus est, qui superstitione mortalium pectora hi-
sce vanas obseruantia illusionibus dementat, noctis adversarii barathri prece-
cipitum per trahore mititur. Vnde huiusmodi tanquam malorum omnium ter-
ra omniibus, qui vitam Christiano homine dignant agere volunt, merito remis-
velisque fugientia sunt.

CONSECTARIUM.

X Hisce omnibus combinatis rerum principijs, luculentiter paternihil amplius in rerum natura præter dicta existere, quo Trithemius Cryptologiam suam perficeret potuisse ceditidit; nisi forsitan reuelatione quadam diuinitus concessa, nouam hanc artem acceperit, quod apertis verbis conficitur Polygraphia fol. 103. verba adduco: Si queris unde ista nihil quenamvis alias nouit? audi: Non ab homino, neque per hominem ista didici, sed per reuelationem nescio cuius. Et vbi vox nescio cuius necessaria vel Agathangelum, vel Cæcodæmonem notat? si per priorem, certe Angelum artem docuisse innumerorum malorum causam, nullo modo admitti aut debet, aut potest; cum per Angelum bonum mala suaderi, non dicam blasphemum, sed prolsus diabolicum sit credere; adeoque vel ipse fateatur fol. 104. polygraphie consulto se Stegahographie opus æternis tenebris consecrare; quod per ea multa mala fierent, prædictiones, deceptions, fornicationes; & quæcumque velint homines mala. Si itaque hæc omnibus sacerulis inaudita per reuelationem dicitur datam acceperit, quomodo paulo ante ea pures naturalia, sine deceptione aliqua, sine superstitione, sine arte magica, sine inuidatione seu ministerio quorumcumque spirituum, id est sine reuelatione asserere est absurdum? manifesta itaque se contradictione implicat: vt enim reuelatio diuina altioris considerationis est, quam ut naturæ competere possit, ita quoque reuelationem hanc minimè veram & realem haudquam à Deo immissam, sed purum putum præoccupata phantasie somnium fuisse audacter assevero: & vel ex hoc patet, quod artem suum, veluti humano generi noxiæ & perniciosem silentio supprimendam duxerit. Nam si eam per reuelationem diuinitus inspiratam accepit, quomodo eam postea humano generi veluti noxiæ, & summi perniciosam, adeoque æternis tenebris consecrandam censuit: cum Deus Opt. Max. per reuelationem sive immediate per se, sive per Angelum factam, vt neque mala docere, nec artem enormium peccatorum cauſatricem inspirare potest, ita quoque id asserere non dicam blasphemum, sed prolsus impius foret.. Afferit tamen aperte, ideo à Deo sibi inspirata silentio supprimenda fuisse, quod malorum causa & origo esse possent. Nos contra asseveramus reuelationes à Deo non alio fine fieri, nisi ad fideli veritatem, ac diuinæ gloriae cultum, tum ad peccata uitanda, hominumque emendationem, tum ad æternorum honorum copiam salutemque animæ sollicitè procurandam. Neque vaquam auditum fuit à Deo de rebus curiosis, abditisque naturæ secretis reuelationem datam fuisse, sed mundum potius disputationi hominum reliquissimæ sacra pagina nos docet. Cum itaque ex istis constet reuelationem hanc Trithemio de arte inaudita factam, non diuina fuisse, nec per Angelum à Deo inspiratam, sed somnium fuisse, atque adeo necessario illam vel propria confessione sua naturalem fuisse, patet, non tam tam, quæ omnes humani ingenij limites excedat, cum inter naturæ terminos consistat, & ad eam varia naturæ potentiarum viriumque combinatione, ingenio pollens quispiam, facile pertingere queat.

**Concludimus itaque eius artis rationes nullas alias fuisse , quam
quod**

Ex combinacione rerum a Idicaturum nullà alia praeter dicta methodo operatum fuisse, patet.

**An reuelatio-
ne diuina hac
aceperit.**

Configuration

Si Trithemius
reuelatione id
didicisset, ut
ea propalam
diuulgaretur,
certe sanctitas
viri religiosi
id non permis-
sisset.

quod in præcedentibus descripsimus. Nam vt ingenium eius ferebat, solebat is, vti ex polygraphiæ librī pater, etiam minimas res, quas vel ipse pueriles iudicat, tot verborum ampullis describere, vt simplicibus & idiotis magnum quid se persuasissē videri posset; cum tamen ad bilancem expensæ, non nisi tritissimæ, & vulgo notæ praxes tandem reperiāntur; quod & ex Steganographia sua ficta patet, vbi ita loquitur: *Mira sunt, quæ dixi, fæcior, sed atque mirabiliora.* Tertius liber docet artem per quam possim hominem idiotam scientem tantum linguam maternam, qui nunquam nouit verbum latini sermonis, in duabus horis docere, scribere, legere, & intelligere latinum sutes ornare & disparte, quantumcumque volueris, ita ut quicunque viderint eius litteras, taxident verba, intelligent latine composta. Quam artem nos secundo huius operis syntagmate ita euoluimus, vt de intentione Trithemij nullum amplius dubium esse posuit. Quam tamen minime intelligendam esse doceo, eo modo quo ipse eam describit, quod videlicet linguam latinam quispam, eius etiam ignarus, infra duas horas addiscere queat: sed quod solummodo purè materialiter eius ope epistolas scribere possit: quæ vti omnia in secundo syntagmate vberimè exposita sunt, ita superuacaneum esse ratus sum, ijs hoc loco diutius immorari. Quemadmodum itaque Trithemius, quæ de lingua latinx extempora nœ eruditione acquirenda scripsit, non sub formali ratione, sed materiali tantum, sub regulata verborum dispositione constituta methodo intelligenda sunt: sic quoque in cœteris admirandis, quæ promittit, arcanis hic expositis, processisse censer debet: vt dum dicit sine signis, verbis, nutibus, litteris alteri se ad quamcumque distantiam, artem scienti arcana mentis manifestare posse, quæ quidem in rigore sumpta, vti leges naturæ excedere videntur, ita quoque semper per nutus, verba, litteras, virtualia quædam mentis signa, & sensibus imperia, cuiusmodi in præcedentibus descripsimus, intelligenda sunt.

CONCLVSO.

Protectio
Authoris.

VABCVMQVE de nimia Trithemianorum promissorum amplificatione hucusque dicta sunt, illa nequaquam eo à me animo dicta velim, vt de viro religiosissimo, nec non de Republica litteraria optime merito, famæ & honori quicquam detractum velim; hoc enim quam procul à me absit, ij qui me meaque omnia norunt, sciunt. Sed eo tantum animo Trithemij audacius forsitan, quam oportuerit, arcana emissa aut promissa, ad trutinæ examen reuocare visum fuit, tum ad nonnullorum Principum laudabili curiositate instigatorum votis satisfaciendum, tum vt nuda veritatis imago ab omni verborum fuco & lenocinijs seiuncta, vnice locum possideret; omnique sinistrioris alicuius animi pathemate longe semoto, candore germano, quem semper professus sum, solam veritatem venarer; audax vero Trithemij in promittendo excessus, tanto verborum fuco delibutus, ijs qui litterarum sensu nimium adhærent, & tanquam diuina quædam oracula plus æquo suspiciunt & venerantur, quam luculentissimè pateret, & quanta in huiusmodi arduis reconditisque inventionibus, vulgo paradoxis promittendis cautela & circumspectione opus sit constaret. Non enim sapientis esse existimo, ea, quæ quis nouit, aut quæ mira fieri posse censem, conceptis phantasmatis nimium confusus, antequam effectus imaginationi corresponteat, velut irrefragabilia quædam experimenta deprædicare, & ad sidera usque extollere. Omnia opinione temeritatis dicam non euasisset Archimedes, dum paradoxum hoc produxit: da mihi ubi stem, & tibi terram de sede sua mouebo. Nisi id fieri posse firmis Geometrici ratiocinij demonstrationibus sub conditione ostendisset.

Alchi-

Archimedes,
quæ pollicitus
est, præstitus.

Alchimistis, eo quod lapidem illum suum vnicum chrysopæias promum con-
dum, tot ænigmatum inuolucris obuelatum, tot fictis miraculis clarum, tot
promissis exaltatum, mundo propalant, vt potè cuius ope incurabiliibus mor-
bis medeantur, mortuos ad vitam reuocent, vitam ad centum, quingentos,
immo mille annos prolongent, totus hucusque mundus contradixit; &
causa in promptu est, cum nemo hucusque inuentus sit, qui artis sua spe-
cimen eius ope, sc exhibere posse ausus sit. Eodem prorsus modo Trithemius,
dum Steganographiam suam mente tantum conceptam, tot spiritibus misopho-
nis & philophoris, tot Bacuceis, bubonibusque intricat, tot & tam inuisis inau-
ditisque pollicitationibus, super omnia humani intellectus inuenta extulit; quid
aliud egit, quam quod magicæ artis crimen apud imperitos, apud philosophos
verò turpis iactantia & cænodoxias dicam, insigni lane nominis sui dedecore in-
currerit. Vnde consultius ei fuisset, aut à nimia rerum pollicitatione prorsus
abstinere, aut illa quæ promiserat, veritati haud absonta, Steganographici ope-
ris editione mundo comprobare. Cum quotidiana penè experientia doceamur,
pleraque ferè naturæ arcana, quæ dum subinde miris elogijs deprædicantur,
pro paradoxis passim vendi: quæ tamen mox vbi detecto mysterij integumen-
to patuerint, tantum abest, vt talia æstimentur, vt potius omni deposita
admiratione, non aliud quam puerorum lulus deprehendantur. Ne itaque,
& ego huius vanitatis notam incurrerem, quæ passim in operibus meis de Ste-
ganographicis inuentionibus me editurum spopondi, ea modò hoc polygraphiæ
opere executioni mandanda duxi, vt Lector videret ea me Deo dante, quæ pol-
licitus fueram præstissem; Quæ si non cum ea, quæ desiderari posset, perfectio-
ne, saltem conatum meum in laudis parte reponet Lector. Erit forsitan alius quis-
piam suo tempore felicioris ingenij, qui me secutus, & arrepto Ariadneo filo, in
intima labyrinthi Steganographicici adyta sit penetratus. Interim hæc qualia-
cumque tandem fuerint, omnia ad Diuini Numinis gloriam, qui vnicus men-
tium nostrarum Scopus esse debet, scripta censeantur.

Alchimistæ
contra, que
promissione
non præstant,
vt & Triche-
mius.

Trithemius ob-
namiam iactan-
tiā malum
nomen ineur-
rix apud poste-
res.

ÆNIGMA STEGANOGRAPHVM

AD LECTOREM.

Clavis ad arcana

34

4	14	15	1
9	7	0	12
5	11	10	8
16	2	3	13

34

ta	p	an	Hæc
ra	ma	am	ri
sci	cra	la	io
dam	fi	gra	a

34


Quæ serie addideris numeros, tibi summa redibit:
Sic vnum in multis, sic omnia in omnibus vnum.

A. M. D. G. V. Q. M.

REFERENCES AND NOTES

2025 RELEASE UNDER E.O. 14176

PHOTOGRAPHIC HISTOGRAM



and I am not in a position to do either of those things.

MARCH 2000 VOL 27 / NO 3

